Dominus ergo papa mandat cognita

et ibi causam que ubi dicitur
quod delegatus a tribus duo
impetrantes licite pt
recusari,

iudicibus, quod tu non in modum inquisitionis sed commissionis negocium extitit delegatum, si ex dictis guarinus vel aliquo ipsorum constiterit appellatum renovato in irritum, quicquid post huiusmodi appellacionem invenerit attemptatum in causa predicta procedere deinde iuxta priorem continenciam litterarum, Ecce littera, litteras quas dicti priores impetraverunt, inquirent hoc omnibus iudicibus est quere vel veritatem inquirere C. de iudi. l. iudices xxx q. v. iudicatum, assessor alii officii hostiensis, quare et quia sic sunt interlocuti, revocato hoc est clausula que in multis decretalibus dicitur, sic aut integre ponit.

¶ Ex littera c. huius, que notabilis est per practica Noto primo quod plures possunt esse procuratores in una causa sicut hic fuerunt ibi adversarios suorum priores de hoc ff. de procura. c. si duo li. vi.

¶ Ego Noto quod iudex debet non dici esse inquisitor nisi ex forma rescripti expresse appareat ipsum esse inquisitorem. Et in hoc dico, quod non sufficit adiectum ipsum inquisitorem quod mandat Et inquirat veritatem, nisi apponat alia verba per que appareat, quod sit inquisitor, nam isti non dicuntur hic inquisitores, et tamen ipsis mandatum fuit ut inquirerent veritatem ut patet in littera ista eum vera intelligimus quod inquirat sed iudicialiter, quia ecce iudex inquirit veritatem, de fide instrumentorum, dicit ecce hic Vincencius quod in dubio presumitur pocius quod queris sit iudex commissarius quam inquisitor, hoc tollit hic

Vincencius, quod non est alibi, dicit hostiensis, quod illa verba vocatis qui fuerunt vocandi innuebat quod erant iudices inquisitor enim procedit ex officio et non ad instanciam, et per hoc ecce patet differencia inter iudicem et inquisitorem.

¶ Ex predictis Noto singulariter huiusmodi textum de ista clausula vocatis qui fuerunt evocandi quia secundum hostiensem per hunc textum decidit tota, quod etiam executor, cum tali clausula datus non est merus, sed necessario tenetur assumere partes iudicis, et incipit decisio Item si in qua forma pauperum boni viri, de quo ecce not. Laud. in Clemen. prima de rescriptis, quod intelligit hostiensis sive ad iusticia, sive ad litteras, datus est huiusmodi executor et sic limitat tota materia qua de executore ad iusticiam ponit Inno. in de prescripto eius, et glo. in cle. unica de offi. delegati etc.

¶ Item noto hic quod exceptio conspiracionis repellit opponentem cuius tamen dictum sit et communicatorum, ut hic colligitur expresse. Item quod interlocutoria dicatur omnis sententia que fertur ante diffinitivam ibi interlocuti etc.

¶ Item Noto hic, quod de iudiciali est pertractandum in causa adeo, quod si non pertractatur processus est nulla si post appellatum et istud est principale huius capituli et intelligit hoc dictum sic quod eum quis obicit, sive excipiendo dicit, aliquid quod preiudicat principali negocio ut quia forte finivit accionem Et ecce differt repellendo actorem, illud debet ante omnia examinari et diffiniri in littera, Cum agit contra

Item dicit hostiensis in summa de rescriptis iurisdiccionem conferunt omnes in littere in quibus cause cognicio demandatur, quod ex fora colligit littera, ut etiam in litteris continetur si certa, si premissis veritate suffragante, cognita veritate, iusticia mediante, sicut de iure fuit, quod canonicum quod iusticia penitus premissit ut tenere, sed in nostro inde cognito vel littera continet Et sic cum negocium a principe committitur sub aliqua de predictis formis, pertinet iudicis procedere pro aliis et aliis tamen committere tota vel per tempus

electu, et ipse excipit de co-
spiracione, vel coniuracione
ista excepcio, debet an omnia
expediri, quoniam illa probata
repellunt opponentes, Et
hoc dicit Goffr., quod ordo iudicia-
rius qui vult prediscuti preiudi-
cialia est in hoc de sed.
¶ Ultimo noto quod ante litem
contestatam testes recipi non de-
bent, de hoc ti. ut lite non
contesta. per totum, hodie tamen
per decretalem Clement. cum
dispendiosam, in causis matrimo-
nialibus beneficialibus decimarum
et usurarum proceditur de plano
et simpliciter sine iudiciorum strepi-
tu et figura, et sic in talibus
posset omitti contestacio ut
in Cle. sepe de verbo sig. et
per hoc solvitur unum contrarium
quia oppositum est regulare
¶ Set pro intellectu meliori
eorum, que tanguntur in hoc casu
¶ Oppono primo, quod exceptio
conspiratoris, non debuit hic
admitti vero, quia interdum
licita est conspiratio ut si canonici
conspirant contra prelatum dila-
pidatorem, et iurant non consen-
tire dilapidacioni xxii q. vi
sane bono di. c. ii.
¶ Solucio regulariter conspiratio
est illicita xi q. i coniuracionum
et est conspiratio confederatio plu-
rium contra aliquem, sine iusta
interdum, tamen licite potest fieri ut
in arg. vii qui clerici statuunt
ut teneant se simul et non
permittant prelatum dilapidare
vel ut excommunicatum, aut hereti-
cum, non admittant vel ali-
quid simile, quod non est con-
trarium bonis moribus, sed est
licitum et honestum, quia tamen re-
gulariter est illicita, ergo eam

con

obiciens debet audiri ut hic et
ponit glo. iiii Coniuracio nil
est conspiracio iurata Et in hoc
dicit Inno. ti. de scisma c. i.
quod semper presumitur contra coniurato-
res xi q. i si quis clericorum
vel de hoc, maxime si fiant
in preiudicium vel qualiter et de bin
ti. de testi. co. c. si quod est
bene notandum, et per hoc patet ma-
teria ista etc. ¶ Item quod hic textus
pondat factum istorum iudicum
qui quia non essent iudices sed
inquisitores, nolebant excep-
tiones istius electi admittere
¶ Queso etiam hoc, quando si isti
fuissent veri inquisitores valu-
issent ne ipsos processus in eo quod
nolebat admittere huiusmodi excep-
tiones, hoc est tamen querere utrum
huiusmodi excepciones, debeat etiam
prediscuti in negocio inquisicionis
dicit Goff. quod posito quod isti fuissent
inquisitores adhuc non valuissent
ipsorum processus, quia dato quod fuis-
sent tales, debebant secundum cognoscere
de exceptionibus ti. de accusatione
cum oporteat et idem Innoc.
et Host. ¶ In hoc tamen dico secundum
Goffr., ad pleniorem huius ma-
terie noticiam quod duplex est inqui-
sicio, quedam fit ad instanciam
alicuius qui prosequitur inquisicionem
ut in dicto c. cum oporteat
et in tali admittuntur excep-
tiones, sive contra personam inquisi-
toris inquirentis sive eam prosequentis
et secundum hoc, habet locum dictum
Goff. Innoc. et Host. Alia
est que fit ex puro officio
et in illa non attenditur persona
prosequentis eam, et in tali etiam
non fit litis contestacio ti. ut
lite non contesta. quoniam et ita per quod
huiusmodi excepcio non potest fi-
eri ea, nisi forte contra personam

Questio

Iudices inquirentes ut statim dixi
et per hoc patet intellectus istius
questionis etc. Sed quidam
est, quod processus istorum iudicum
qui noluerunt admittere, et potes-
tatem exceptiones huius electi
fuit nullus, et tamen iste electus ab
ipsorum processu appellavit, oritur
dubium utrum quod valuit huiusmodi
appellatio, ymmo videtur quod fuit frus-
tratoria, et non necessaria, cum
processus erat nullus, quia lite
non contestata processerunt. Ad
hoc dico secundum Hostiensem, quod ideo
iste appellavit. Et processum iu-
dicum impediret, qui alias proces-
sissent, et ipsum forte de facto
gravassent. Unde et hic dico quod
etiam ab actu nullo potest licite
appellari propter gravamen, sicut probat
hoc littera, et huius, et notatur in .c. de
ap. dilecto. Sic cum appellat
iste, quod gravabat in facto, quamvis
illud factum de iure erat nullum
ut dixi supra, et sic solutum.
Sed possit contra hoc aliquis mihi
dicere, si ut dicis appellatio istius
non facit aliquid ad annullandum
factum istorum iudicum. Quare
ergo papa non mandat hic in-
distincte pronunciari processum
nullum istorum iudicum, sed dixit
Si ergo dictus gravaminibus appella-
tum constitit revocato in irri-
tum etc. Ubi papa videtur pondera-
re appellationem istius electi, ad
hoc ut processus istorum pronun-
cietur irritus et nullus. Ad cuius
solvendo hoc supplet ad legem
predicta, maxime, si ergo dictis
gravaminibus appellatum constitit
supra maxime. Nam idem fieret
etiam si appellatum non esset,
quia adhuc huiusmodi processus
fuisset nullus, ex quo observatum

non est ordo iudiciarius ut dixi.
Vel forte ideo hoc dixit si
appellatum constitit, quia si servatus
fuisset ordo iudiciarius, tamen
attemptata post licitam ap-
pellationem, non valerent et
revocarentur, et ideo hic mihi
ponderavit appellationem, de hoc
hic latius tractat Innocentius.
Glosa tertia posset fieri talis
per contrarium, Hoc est dicit quod hic rep-
robatur processus istorum,
factus lite non contestata, pos-
set obici quod propter hoc non de-
buit ipsorum processus dici inva-
lidus. Unde quia isti erant in-
quisitores, in quibus speciale est
quod possunt procedere lite non
contestata, et ut lite non contesta-
ta non sit etc. et alias. Glosa
solvit, primo ostendendo quod
isti putabant se esse inquisi-
tores, et dicit quod hoc supprimitur
ex verbo littere ibi dum dicitur eis
mandatum fuit ut inquirerent
veritatem etc. Dic ut in ea et
ibi propter contumaciam, sed iste non
erat contumax ut patet in littera
et ibi iudicium et hoc colligit
secundum Petrum et Hostiensem in eo quod dicit
in littera, vocatis qui fuerant evo-
candi. Et semper in dubio ex
quo non constat patentur quod
in modum inquisitionis dantur
presumitur quod in modum iudicialis
commissionis dantur iudices secundum
Vincentium ut dixi supra in nobilibus
de hoc in spe. de inquisi-
tionibus § .i. v. quod sit in littera, deinde
dicit glosa, quod mera inquisi-
tio non committitur in tali casu
de quo hic in littera, In fine et
solet committi tunc de infamatione
clamosa .c. de accusa. qualiter
secundum Vincentium. Glosa contrarium

ponit quod conspiratores repelluntur audiuntur contra electum etc. In fine. interdum tamen conspiracio potest esse licita ut dixi supra in prima obiectione etc. Glo. excommunicationem declarando latam ponit casum singularem in quo non auditur obiciens excommunicationem. In fine. Ex ista glosa colligitur quod contra reum excommunicatum non potest replicari de excommunicatione, quia ad defensionem nullus excommunicatus repellitur ut dicit glosa. Secus autem si reus excommunicatus vellet reconvenire actorem, tunc enim posset contra eum excipi de excommunicatione ut dixi supra in intellectione. Glo. penultima ponit casum exceptum in quo lite non contestata recepti sunt testes etc. Glo. ultima posset recitari pro obiectione. Ex eo enim quod hic mandat papa revocari in irritum processum istorum iudicum, si ex dictis conviviis vel aliquibus ipsorum constitit appellatum, colligitur enim videtur sufficere quod apponitur pluribus sufficit unum sive alterum tantum probari in eo quod dicit littera aut aliquo ipsorum, non contra hoc est quod dicit supra olim. Ubi dicitur quod omnia taliter opposita debent probari, et non aliter. Solutio. Glo. solvit implicite. Et solucio ipsius in hoc fundatur quod quando opponuntur plura ad unum effectum, quorum quodlibet per se sufficit ad illum effectum, tunc sufficit unum illorum probare ut hic, iste enim electus opponebat duo contra suos adversarios videlicet quod fuerunt excommunicati, et conspiratores ad hunc effectum ut eos repelleret, vel ut legitima esset ipsius appellatio

modo constat, quod quodlibet istorum sufficit per se ad repulsionem, quia probata sola excommunicatione repellitur, sic etiam probata sola conspiratione, et ideo hic sufficit unum ex istis probari. Quando vero opponuntur plura ad diversos effectus, non sufficit unum probari ad utrumque effectum ut in contrario.

Item hoc tamen dico quod quando aliquis se astringit ad probandum duo vel plura, quorum unum per se sufficeret ad intentionem opponentis, non sufficit unum probare, nisi plene probaverit intentionem suam ita hoc unus de probatis licet, et ideo non faciunt consulte illi qui contra testes vel alios excipiendo plura astringunt se ad omnia probanda. Sed illi caute faciunt, qui protestantur quod non astringunt se ad omnia superflue probanda sed ad illa tantum que ad victoriam cause sufficere possunt, et hec de isto.

Venerabilis

Omnia(?) instancia iudicii non perit per lapsum triennii, de eodem facto loquitur. l. de testi. cogen. venerabilis. Et sunt due partes. 2a ibi mandamus.

Casus in summa. Inter archiepiscopum Ravennatem et quosdam cives civitatis Cerviensis super iurisdictione ipsius civitatis, et quibusdam aliis articulis questio vertebatur, que commissa fuit cuidam magistro C. Canonico Bononiensi. Sed quia illa causa per cavillationes illorum civium fuit per triennium prorogata propter quod dicti cives Cervienses asserebant instanciam iudicii perisse per decursum triennii, et ideo non debebant ulterius sub examine illius iudicis respondere. Significat

hoc archiepiscopus domino pape Et ipse mandat eidem iudici quod huiusmodi exceptione non obstante in negocio ipso procedat procedat iuxta traditam sibi formam Reguntur tria perisse et sic lis contestata fuit, alias nulla fuisset hec allegacio et .j. hic est decisum, quod quesiuit archiepiscopus utrum esset standum allegacioni vel non, secundum host. Et secundum Jo. an. verius et magis continetur litere vi(detur), quod quia delegatus non procedebat, archiepiscopus conquestus est domino pape predictas non super lite de nouo contestanda, sed super iam contestata, quod innuit mencio huiusmodi ubi exceptione huiusmodi non obstante, quia etsi si obstaret exceptio posset procedi super lite de nouo contestanda secundum host.

¶ Noto hic breuem con(tra) subterfugia et cauillaciones Et dicit lex ff. de re iur. ea est natura cauillacionis ut ab euidenter veris per breuissimas mutaciones disputacio ad ea que euidenter falsa sunt producatur, et idem habetur idem ff. de verbo signi. natura.

¶ Secundo Noto hic quod secundum canones instancia iudicii non perit per lapsum triennii licet secundum leges secus, et iste est totalis effectus c. huius, ad cuius intellectum aduertendum, secundum glosam c. huius, quod secundum leges ciuiles, quandocumque aliqua causa fuerit per eos mota, non fuit finita infra terminum a litis contestacione numerandum, perit instancia iudicii, hoc est, quod tunc non tenetur actor in illa causa respondere, nisi iterum ab inicio incipiat causam, viz nisi offerat de nouo libellum, et iterum lis contestetur Secus autem secundum canones per c. hoc, quia licet causa non fuit infra terminum finita inchoata tamen procedetur in ea usque ad finem, et sic obuiatur malicijs illorum qui causas maliciose intendunt prorogare, hoc vult hic c. istud Et in hoc apparet diuersitas inter canones et leges, et prouisio canonica est magis equa ut dixi

¶ Hoc viso aliam materiam tangit glosa quam aggredior primo Glosa 2a ista notat legem operandi in foro ecclesiastico non habere locum, dicens quod etiam secundum leges licet pereat instancia iudicii, non tamen perit iurisdictio delegati dicit tamen, quod lex non videtur per hoc c. corrigi, ad quod respondet, et in ea ibi non perierant et hoc placuit Innocencio, et ibi l. in hac lege et sequentibus, innuitur, quod actiones sunt perpetue, et non tolluntur spacio xxx. annorum Infine de hoc in c. q. vi. autem ad hoc in fine Et hic 3a sentit glosa ista legem operandi non habere locum secundum canones et idem not. in c. de dolo et contumacia c. ult. in .j. glo. et idem omnia tenet host. et Guil. in Speculo ti. .j. §. restat v. Item quod instancia licet alias senciat actor Et hic dicit Jo. an. quod omitto, quia dictum glose quantum appellatur Et que hic est racio huius diuersitatis inter leges et canones secundum opinionem glose, et host. racio diuersitatis est ista, quia secundum leges regulariter non appellatur ante finem, et ideo diligencia iudicis

pt ben in termino causa finire
secundo secundum canones secundum host
hec et abbas. Notat hic glossa. Jo
an. quod licet secundum leges pereat
instancia per lapsum temporis
non tamen gesta per manum publi
cam iudicis auctentice in publi
cam formam redacta. l. de
re iudi. l. gesta, et in allegat
ad id infra de testi significavit
de fide instru. c. vlt. Jo. an
remittit ad ea que dixit supra
de testi causam. in ſ. aliud

Significaverunt

Primas. Non obstante excep
cione temporis fiati [illegible] vinde
mias, mandanda est sua ex
ecucioni vel secundum abbatem
sic. Cum actor et reus sunt
diversi fori causa proprietatis et
possessionis pt coram diversis
iudicibus agitari, et iste casus
magis convenit rubro sive ti
tulo et est singularis. Et sunt
due partes. In prima parte questio
in 2a ponitur punicio ibi mandamus.
Prima facit tria, primo pot [illegible]
et cause delegatarum concludere
2o ibi verum rectoris excepcionem
iiio ibi respondente replicacionem
actorum.

¶ Casus in tantum inter abbatem
et conventum sancte marie de flo
rencia et civitatem Castri de
Signa, super possessione vel quasi
iuris eligendi rectorem in dicto
Castro coram florencia pota
te questio vertebatur, dictus
potestas pro monasterio super posses
sione vel quasi iuris eligen
di rectorem in Castro predicto
sentenciam diffinitivam promulgavit
qua lata monachi elegerunt ibi
rectorem. Sed quia illi castella
ni non recipiebant eum, et
insuper potestas florencia compellebat
abbatem et conventum, super proprietate
vel quasi predicti iuris in seculari
iudicio, civitati predicte respondere,
significatum hoc fuit domino
pape. Et ipse mandat Episcopo bo
nonien. et suis condicionibus vt
si est ita, compellant civitatem
predictam electum ab eisdem monachis
admittere in rectorem Castri pre
dicti auditurus postmodum super
proprietate, vel quasi dicti iuris, quod
partes duxerint proponendum, partibus
itaque in presencia iudicum consti
tutis, ex parte civitatis predicte
fuit excipiendo propositum, quod
tunc coram eis non tenebantur
respondere de iure, cum tempus
propter vindemias tunc existat
feriatum. Econtrario ex parte mona
sterii fuit replicando respon
sum, hoc maliciose proponi, ut
sic causa protracta, tempus electi
predicti inutiliter elaberetur. Con
sultus super hijs dominus papa
mandat ut huiusmodi excepcione
non obstante procedant in ne
gocio prima racione. Vel littera
florentina potestas alibi ponitur
in masculino infra de sponsa. tua
et utraque littera procedit hic in
femino genere, cum ad dignitatem
ibi in masculino, cum ad personam
que masculus est, fit relacio secundum
Jffram vel correctiue ponitur
istud vel ut infra dicam, cogit
et sic vel non valuit respon
sio vel saltem monachi restitu
endi fuerunt, quod vero [illegible] causa
abbas, non fuit eis prudencia
ut infra b. in nobis, respondere
super antiquam electam prout monachos
esset per civitatem Castri recepta
et in hoc gravabantur monachi unde
ad sedem apostolicam appellaverunt

et ipsa commisit negotium ut se, et sic plana est decretalis secundum host. circa si dicta castra feudale tenentium delata ad nos questione per abbatem et conventum auditum per hoc apparet quod per appellationem causa fuit delata, hoc cum forma in commissionibus appellationum solet apponi ut probato quod minime procedat in aliis, de c. consulta secundum Jo. an. et host. excepto eo petitionum monachorum, qui petebant executionem sententie, iuxta primum membrum commissionis hoc ideo dicit secundum Jo. an. quia super petitorio illi de Castro erat actores, clausula forte per eum dicta, durat ferie vel potestaria, ff. de ferijs l. predicte et hic decidit quod quia iudices non procedebat abbas et monachi, conquesti sunt tempore, ut patet in antiqua, sic de c. tempore secundum Jo. an.

¶ Noto ex litera primo quod de iure eligendi interdum tractatur coram laicis et hic, quod de iure eligendi rectorem, agitabatur causa inter istos coram potestate seculari, et sententiam per potestatem lata ipsa mandat exequi, sed quomodo hoc sit videtur.

¶ Ego noto litteram ibi vel quasi iuris eligendi et dicit Jo. an. quod hic vel ponitur correctione pro cuius intellectu advertendum quod iurisdictio et omnia incorporalia, et etiam servitutes non possidentur tempore, sed quasi possidentur, ita nota in c. ti. in conquestus et lato huius, quia possessio corporalis est dicta tantum pedum positio ff. de acqui. pos. l. i.

constat autem quod incorporalia corporaliter apprehendi non possunt, et ideo non dicit hic, ego possessio in possessione huius iuris vel aliquis sed addi debet vel quasi, ideo etiam hic ponitur vel quasi ex hoc patet intellectus huius litere

¶ 3° Noto quod sententia lata super possessorio mandanda est executioni, antequam audiatur aduersarius super petitorio, probat hoc verbum litere auditori per eam ibi ubi ipsa mandat primo exequi tantum sententiam in possessorio pro abbate et conventu lata, et tandem procedi in petitorio sive in proprietate

¶ Ultimo noto quod tempore vindemiarum sunt ferie, ita quod illo tempore nullus dissentiendo trahi debet ad causam, de hoc latius patebit in c. de fer. c. i. non obstante hoc huiusmodi tempore facto, sententia potest mandari executioni per finem c. huius

¶ Examinando literam oppono primo, in eo quod isti abbas et conventus agebant coram potestate florentina, videtur enim quod sic fieri non debuit, quia ista questio erat de iure eligendi et ideo non debuit agitari coram laicis, sed coram iudice ecclesiastico de elec. per totum est cum huiusmodi ius spirituale de elec. sacrosancta et de spiritualibus non cognoscit laicus de c. decimus et sic contra

¶ Solutio Vincencius dixit quod hic agebatur possessorio, et sic innuit secundum ffran. quod coram laicis agi possit de iure eligendi possessorio sed ista solutio non placet, tanquam non valet ideo dico secundum alios, primo quod ista causa non erat spiritualis alias

Causa super possessorio dicitur quando queritur quis sit possessor rei sed super proprietate dicitur quando queritur ad quem pertineat ipsa res vel ad dominium eius.

con

non potuisset agitari coram
laycos, ut arg. probat, s3 hic
agebatur de electione ad offici-
um temporale, licet ut lra dicat
hic non quereba ad electionem
rectoris ecclesie, s3 Castri, et erat
iste rector temporalis ut p3 in fine
ubi tempus regiminis electa et id
actu est coram iudice seculari
contra, quia actor debet sequi
forum rei Et ponit glo. pa.
que dicit zc. In fine Et hoc
est expressum in clemen. de
sequestra. posses. c. unico Et
ab ea causa fit appellatio i. de
restitu. spolia. cum ad sedem
In fine prime glo zc p3 ex sta-
te isto, quod iste rector de quo
litigabatur, erat temporalis status
occurrit dubium, quia ex hoc
videtur, quod non debuit recursum
habere ad papam s3 ad imperatorem
i. de ap. si duobus et di. c. no-
uit Ubi dictum est quod papa
non debet se intromittere de
huiusmodi temporalibus ut dicit Jo. an. et
ffran. quod isti opprimebantur a
judice layco, et sic tenentur eccle-
siasticam i. ti. i. conquestum
et ideo potuit ad papam recurrere
et postquam dominus in foro secula-
ri non potuit iustitiam obti-
nere, de hoc tamen dicam infra in pro
lig. zc.
Item oppono, videtur cum quod
papa non debuit eam committere
illis de quibus in superscriptione
s3 commoratibus Bononie, quod
Civitas Bononiensis, est alterius
prouincie quam florentina, ideo
contra prouinciam non debet ea
committi, de hoc in. q. vi nei-
nem Ad hoc dicit Jo. an., quod
papa hoc fecit ex certa scientia
Vel dicatur, et melius prout dicit
Bartholomeus in dicto. c. nemini
quod hodie non attenditur in commissionibus

an locus sit eiusdem prouincie uel
diuerse, s3 solum an distet ultra
duas dietas, et hodie attenditur
an distet ultra unam in de rescriptis
statutum li. vi. Hostiensis in summa
de rescriptis v. Centesimo, tenet
ad hunc hodie procedere c. nemini
quod prosequitur hic Jo. Cal. licet
dicat consuetudine hoc non
seruare ffran. uero Card. dicit quod
illud c. non loquitur, quando quis
habet plures iudices Item non
prohibet eam delegari extra
prouinciam licet faciat in articulo
hoc tito quia hic agitur de
electione rectoris Castri qui temporalis
fuit et non perpetuus, Et lra
tenuit ad finem zc.
Quero circa hoc utrum quidem
aliqua ciuitas possit sibi eli-
gere perpetuum officialem ut pota-
tem perpetuum dico. i. quo advertit
in hac questione plene de-
terminat hic Jo. an. pro et contra
in quo non expedit instare
quia textus est, quod regimine
officialis temporalis non debet
extendi nec [...] ultra quinquennium
in eadem persona ultra biennium
in auten. de defensoribus ciuita-
tum § fi. colla. iii, ita statuit
legis sanctio Et racio quia
si permoti rem publicam tenerent
perpetuo occupatam, fortassis
semper dominarent et haberent
occasionem delinquendi Ideo uult
lex, quod deponat officium, et
racionem reddat C. ut omnes, ita
tamen quod mili. l. una Ubi non
ciuitas vel locus est subdo-
minio alterius, hoc ei mi. lig.
sine consensu illius cui subest
de exces. pla. dilecta de offi.
archid. ad hoc in fine, Ista
tamen locum habent in secularibus
rectoribus, et administratoribus, qui
creari habent per electionem, quod
clericos non debet esse perpetuum,

Questio

Iuxta glo. z lig. casus cum
dicat ex defendo ciuitatis
florentie, electio tamen non est
feudal, sunt Hostiensis

Secus in aliis qui succedunt
iure hereditario. ut C. nouit b
nec illud et in devoto licet,
Item secus in imperialibus ut
imperatoribus regibus et ducibus
etc. iste enim dignitates sunt
perpetue transeunt in successores
excepta dignitate imperiali
ubi non habet locum successio
ut de elec. venerabilem in fine. Item
secus in rectoribus ecclesiasticis, qui
perpetuo … quamdiu viuunt et con-
stituuntur, ut de filiis presbiterorum, ve-
niens, uiros uero ciuica sol-
uit, in auten. de emp. s. de
incepo aut secundum hosti. de re-
gimine non ciuitatis romane
hoc. in de elec. fundamenta li. vi
Glosa secunda obicit dupliciter
et soluit satis clare, quod dic
ut mea et in fine. Sic ergo glo-
se solucio, quare hic continen-
cia cause diuiditur, fundatur
in hoc, quod hoc operatur diuersi-
tatem, quia actor et reus erant
diuersi fori. Nam ex quo in
causa prima viz super possessoria
abbas et conuentus erant ac-
tores, sequi debebant forum
rei, et litigare cum ciuitate
castri in foro seculari. In 2a
uero causa super proprietate si aduer-
sarij voluissent conuenire conuen-
tum, sequi eos debebant forum
monachorum, et propter hoc tracta-
batur ista causa coram diuersis iudi-
cibus, vel dicatur secundum Innocentium
quod continencia cause diuidi non
debet, durante causa appellationis uel
possessionis, secus durante tunc tractari
coram eodem iudice. Sed finita
vna causa potest alia questio
potest coram alio, ut hic, que
solucio est singularis nota
in ista materia. Vel dicatur quod ideo
hic fuit facta talis diuisio
quia monachi grauati fuerunt per
prelatum, et ideo appellauerunt nisto

ad alium, quod potuit ut dixi
supra, et sic plana est littera
Glosa ultima tractat de ferijs
fauore hominum introductis, quod
illis renunciari, aliis uero non,
et quod ex causa tunc quis co-
git litigare, et in ea clausula
Idem hostiensis in fine vult ergo
glosa, quod ex causa compellitur
quis litigare, tempore feriarum fauore
hominum introductarum, in quo tamen
hic diuersas opiniones doctorum
recitat Io. an. ut hic cessat
omnis contrarietas, quod Vincencius
et plus quod hic agebatur de exe-
cucione sine, et sic non obstan-
tibus ferijs vindemiarum, manda-
uerunt execucionem, et hoc dicit
hoc decretal, quamuis vnum sit
quod alia processus iudicij, hijs die-
bus cessare debeat regulariter
et plus quod … materia de qua plenius
dicitur ideo videbitur ff. de ferijs
per totum, sequitur etc.

De foro competenti

Extimata. Quia rei ad iu-
dicia vocati frequenter excipiunt
de foro, et solet plerumque du-
bitari, quod forum sit excipientes
sequi debeat ideo post tractatum
de iudicijs ponit hic rubricam
de foro competenti, habetur
materia xi q. i, iij q. vi et
vi q. iij, et viij, xi q. i. xvi
q. v per totum et repetitur in
vi et in Clemen. Congruit
ad hunc titulum ff. de verborum significacione
forum in pri. et C. ubi super
quibus [illegible], et c. nomine
et li. vi de prebendis c. i. de ser
[illegible] in Cle. de
re iudi. pastoralis, Dicit autem
hostiensis quod forum in neutro genere
solet capi multis modis. Nam
vno modo forum in neutro genere
ponitur pro territorio iurisdiccionis iudicis
infra quod potest in facinorosos

animadunte, ff. de verbo. sig. l. pupillus § territorium. l. et tota diocesis dicitur territorium episcopi xvi q. i. omnes basilice, contra quod imprime, uo paretur de constitucio c. ii. li. vi°. Sed forum in masculino genere dicitur locus ubi ius redditur ii. de verbo signi. forum 2° dicitur forum locus in quo conveniunt sive fiunt nundine. 3° dicitur forum calcatorium, sive locus in quo calcatur uve. Item forum dicitur fodamen quo emitti? remus in mari. Et omnibus aliis acceptionibus huius nominis forum et forus, quantum ad hunc titulum forum competens dicimus ubi quis potest conveniri tanquam coram iudice suo et competenti etc.

Si quis. Summa. Clericus coram suo episcopo conveniri debet non capit divisionem, quia continet unum constructum.

¶ Casus in textus. Congregato concilio Calcedonensi, expositum fuit per b. et dictum de concilio non unquam contingat unum clericum adversus alium tamen adlitigandum, unde quia in huiusmodi causa ad alienos iudices fit recursus bonum foret et utile super hiis tradere regulam, qualiter et ubi offensus, sive contra alium tamen habet, in iudicio debeat experiri. Concilium ergo hic statuit ut si quis clericorum contra alium tamen habet, illum coram episcopo ipsius debet convenire, nisi de consensu eiusdem episcopi coram alio iudice utraque pars de mente suo vellet experiri. Hec littera clericum seu si adversus laicum i. e. cum sit negocium .i. causam sive quorum ii. de verbo signi- ficatione apum ipsius rei possi q i

competencie, Sed prius hoc dicit quia per appellacionem possit ad metropolitanum devolui.

¶ Noto primo, quod clericus non potest conveniri, nisi coram suo episcopo sive iudice.

¶ 2° noto quod de consilio proprii episcopi clericus potest sibi alium iudicem eligere sub quo possit conveniri, hoc ponit expresse litera in huius. In hac tamen dico per, quod illud non sufficit consilium proprii episcopi sed eciam requiritur consensus ii. c. ii. xxi. et c. romana ii. c. li. vi°.

¶ 3° noto dico quod huiusmodi electio iudicis debet fieri de persona ecclesiastica ut tangit. glo. iii, quia esset de licencia episcopi iudicem secularem sibi eligere non potest. ii. c. si diligenti et c. significasti ut post. glo. iii. Ex quo infero quod iurisdictio iudicis ecclesiastici est prorogabilis in clericum non sicut iudicis secularis non, de hoc in dicto c. si quis.

¶ Sed considerando ista dicta et literam oppono contra primum dictum textum ii. c. li. vi° ubi conveniatur clericus coram non suo episcopo, quia coram metropolitano. Solucio istud fit propter negligenciam episcopi quam supplet metropolitanus, alias locum habet textus, unde et in textu dicitur se fecit et sic tacite permittitur quod parte per appellacionem potest adiri superior vel esset propter negligenciam huius pe et sic solvitur.

¶ Item contra 2m dictum opponi posset, videlicet, quod non sit necesse quod partes consentiant in alium iudicem ab episcopo, racio, quia potest per episcopum causa committi inter suos clericos orta sine consensu partium ii. de offi. delega. super hoc non si quem, non est sic.

¶ Solucio verum est quod valet huiusmodi

gnissio sine consensu partium fca
Et probat ar. h. utile est ut
consenciat ambe partes, quia
tunc postea non potuit recu-
sare Vel dicatur et melius
quod iste textus loquitur quando
clerici adeunt alium iudicem
ecclesiasticum cuius iurisdictionem vo-
lunt prorogare, quod possunt
de consensu Episcopi. i. c. significa-
sti, et in isto tamen requiritur
eciam consensus utriusque partis, et
hoc vult littera, Secus autem si fit
commissio per Episcopum, quia tunc non
requiritur huiusmodi consensus ut in
contrario et sic patet solo
¶ Glo prima ponit penam con-
tra facientis et ibi remittit In fine
et ibi dicit de pena illius qui
recurrit ad alium iudicem pre-
sertim laycum, Glo iij notat
quod sine consilio Episcopi non potest
alium iudicem sibi eligere, nec
eciam laycum quamvis habet con-
sensum Episcopi In fine secundum vin
¶ Glo ult ad id quod dicit
textus, quod utraque pars eligit
iudicem signat duo contraria, pri-
mum quod solus actor eligit, 2m
quod solus reus, et solvit, et
in ca ibi cum, R. ubi habetur
quod solus actor eligit iudicem
in loco non suspecto ipsi reo
et ibi iudicem ubi solus reus
eligit iudicem, et non actor
glosa solvit, quod illa iura que
hoc dicunt intelliguntur in ca
criminali, et non tamen hodie et
idem Jo. an. mo. Sed dicit Jo.
an. quod primo tenent, si loquatur
in ca criminali Episcopi presbiteri
vel dyaconi xv q vij si
autem ubi de hoc, dicebat
aut alia, illud intelligi secundum
istud, ita ut ambe partes con-
senciant Quidam dicunt vi-
tanda est ista quod contingit clerici

dicunt et volunt litigare coram
iudice alio non suo, debent
ambe partes consentire in eum
ut hic Si aut coram suo iudice
aut coram delegato, tunc non
requiritur partium earundem consensus
ut in contrariis, et sic patet etc.

Nullus Comminatur iu-
dex secularis
si clericum per se distringit vel con-
tempnat, excommunicandum,
et habet quidam c. hoc pro palea
xj. q. j. c. ij Et primo ponit
dictum cum monicione 2a pena
non parentis ibi quod si
¶ Casus in textu patet ex textu
Summarie hic cum statuit Con-
cilium parisiense ut nullus iudi-
cum etc. Vel littera iudicium super se-
cularium, secundum primam glosam
Vel eciam ecclesiasticos, quo ad
clericos alienos in quod non
det nullatenus falcem vj q iij scrip-
tum secundum Innocentem ultimum eciam
coniugatum non bigamum si incedit
in habitu et tonsura .i. de cleri-
cis coniugatis c uno .li vj. ubi de hoc
concilio fit mencio, in minores
vel ianitores secundum Bern. cre-
det .i. de verborum sig. ex parte .i.
et c. cum olim
¶ Glo lra c Quis Noto quod
iudex laycus non est iudex
competens clerici, per litteram que
prohibet ne huiusmodi iudex per se
hoc est auctoritate propria, distringat
aut contempnet clericum, et
per distringere hic non intelligitur
aliqua violencia persone illa-
ta, quia si persona clerici vio-
lentaret, ipso facto ille qui hoc
faceret esset excommunicatus xvij. q.
iiij si quis suadente, et sic non
habet locum finis ubi innuit
huiusmodi iudicem excommunicandum
iuxta ultimam glosam, vult ergo
littera, quod nullus iudex compellat
coram se litigare

Casus textus Congregato concilio parisiensi Exposi-
tum fuit B. p. et dominis de Concilio Nonnulli iudices
seculares intromittebant se de personis clericorum et personarum
ecclesiasticarum, audent de personis talium iudicare et quod
hoc vergit in detrimentum immunitatis ecclesie, bonum foret
super hijs providere Concilium ergo statuit etc.

Ho. Noto quod iniuria facto cleri-
co, dicatur facta ecclesie ibi du-
dicitur, quod si fecit et c. vij et
iniuria clericorum ad opprobrium perti-
net, cuius legatos fugiunt
xj q. vij. accusatores nisi secundum Hos.
Hostiensis infero, quod quamvis of-
fendens clericum cum eo componat,
et clericus offensus sibi re-
mittat, non tamen per hoc offendens
clericum liber est ab ecclesia ut
hic et vij et excommunicatus manet
quamvis clerico offenso satisfaci-
at quousque absolvatur, de sen-
tentia excommunicationis, cum desideres
spirituali, Et quia dicit in
littera, nullus iudicum clericum per-
sonam distringere aut condempnare
sine permissu pontificis
¶ Contra hoc oppono, quod hoc
enim videtur sequi a sensu contrario,
quod cum permissu pontificis hoc
facere posset contra illud in c.
si diligenti, et c. significasti
Solvit hoc glosa in duobus
quod hic vacat argumentum a contrario
sensu et c. Unde argumentum a sensu
contrario tunc valet, quando opposi-
tum contrarium non est expressum
in iure nostro in iure cavetur
quod esse delicencia episcopi laycus
non potest esse iudex clerici in c.
significasti, et c. si diligenti
et ideo huiusmodi argumentum hic non
habet locum, hoc vult glosa
Vel dicas quod non vacat huiusmodi
argumentum hic si intelligatur de ca-
mere civili, quia in tali po-
test esse laycus iudex de licen-
tia episcopi prout notatur de ti. et c.
n. et c. HH
¶ Queritur de intellectu littere ibi
aut minores, dubium enim est
quos dicit hic minores
Glosa 2a per minores intelli-
git seculares fungentes etiam
etiam licet non sint clerici unde
dicitur et c. et in ea ibi consonant
de hoc notatur hospitio de iu-
dicatu, et xx q. i. c. in ubi no-
quod idem forum habet dominus
et sua et familia unde et uxor
legittima sortitur forum ex persona
viri ut ibi Vel dicatur quod
per minores intelligit quosdam
qui etiam gaudent privilegio
clericali de sen. excommunicationis parrochianos
nostros secundum Host.
¶ Prima lectura glose placet
fratri Io. de zarabel, quam tamen
intelligendam dicit de familiaribus
perpetuis ut notatur in pallet.
liberis, secus de temporalibus
mercenariis, ¶ Glosa autem condempnare
excipit a lex, et in ea ibi reco-
venerit et in causa feudali con-
tra ipsos ceterum habet dictum
est, quod de feudo dominus feudi
habet cognoscere, fallit etiam
littera in casu c. c. ti. cum non
ab homine viz in eo qui traditus
est curie seculari Infine de
de hoc notatur in q. xj in
summa ¶ Glo. prelatus poterit peni-
tentibus qui iniuria clerico ¶ Glo.
ult. solvit unum dubium quod
moveri posset circa litteram viz
utrum faciens contra hoc c.
sit ipso facto excommunicatus, vel ex-
communicandus Et glo. ut vult
quod non ipso facto sed per sententiam
hoc tamen verum nisi esset districto
in persona quia tunc ipso facto
esset excommunicatus secundum Io. an. ut
c. dixi et c.

Cane Formatur racione
rei de qua agitur sortitur quis
forum et pro hoc in c. de arbi.
¶ Casus In tercio Congregato
Concilio Affricano Quesi-
tum fuit coram quo iudice

HH Contra c. c. cum non ab homine ubi dicitur quod clericus
licite punitur per potestatem secularem Solucio
ibi loquitur in clerico non deposito ab eo si de-
positus fuit et incorrigibilis permanserit, potest
iudicari et distringi per iudicem laycum
ut in c. contrario

Innoc. in c. archiepiscopo supra eo. an et licet
Innoc. dicat primatem vel alium superiorem
archiepiscopo hic cum pro archiepiscopo s. de offi.
ordi. duo sunt etc.

deat iudicium fieri, dummodo eum
inter quos causa vertatur vel verti
debet, sunt diversarum provinciarum.
Concilium hic statuit quod ille
archiepiscopus dabit iudicem in
cuius provincia est res de qua
contenditur. De iure causa realis
ubi in sequitur ibi locus vertatur
id est ubi spectatur secundum pe. et alii
diversarum si enim esset eiusdem
nulla esset dubitatio. Innoc.
id est archiepiscopus. det iudicem alio
diiudicet ipse si vult secundum Io.
[illegible]

¶ Ex hoc textu Nota solum id
quod dicit casus summarius, et ad
hoc quid [illegible] hoc allegatur

¶ Circa quod ad pleniorem
huius materie noticiam ¶ Quero
primo in casu quo reus habet do-
micilium in una dioc., et res
de qua litigatur est in alia dioc.
utrum coram iudice domici-
lii possit reus super illa re conve-
niri, videtur quod non, per textum huius
quod dicit quod ille iudicabit in
cuius dioc. res sita est

¶ In oppositum est c. de foro
[illegible] ubi videtur quod reus conve-
niri potest coram iudice domici-
lii. De hoc dubio dicunt quidam
quod iudex domicilii in hoc
casu iudex competens, ex
quo res litigiosa est alibi,
ita tenet Host. per illud c. di-
lectis ii et per istum textum
qui exprimit de iudice rei
rei, alias etiam expressisset
de iudice domicilii, si hoc
voluisset de ipso intelligi i.
dederit, ad audiam ¶ alii di-
cunt contrarium Et hec opinio va-
ria, quidam enim dicunt esse
in optione ipsius rei, an conve-
niatur coram iudice ubi est
res an non Et si declinat

De foro competenti

illud iudicium potest conveniri coram
iudice domicilii, hoc fuit opinio
Rodof. in summa et alii vero
dicunt quod sit in optione actoris

¶ Utrum velit reum trahere
coram iudice domicilii vel ubi
res sita est Et ista opinio est
vera, quam tenet Innoc. in dicto c.
dilectis Et Io. Cal. hic et Cyno
in l. finali C. de prescrip. longi
temporis Et secundum hoc potest dici
[illegible] textus iste, que dicit reum
conveniendum coram iudice ubi
res est debet intelligi sine preiudi-
cio iudicis domicilii, et hoc proba-
tur in c. fi. de iudice ubi rei est
casus hic Et per hoc patet solutio
opposite contrario etc.

¶ Quero secundo Quid si du-
bitatur in cuius provincia aut dio-
cesi sit res, ut quia est in confi-
nibus plurium provinciarum, dicit
Io. an. quod si non est certum de
limitibus provinciarum, utrique
tamen audire vel committere tamen
debent archiepiscopo i. [illegible] cum
illorum [illegible] vel claustralibus
vel secundum Host. recurret ad
[illegible] de offi. dele. [illegible]
[illegible] sunt iudices in causa, quod
appareret, putat tutius ipse
[illegible] — Questio

¶ Sed quid si citatus coram
iudice ubi est res, non compareret
utrum potest excommunicari per iudicem
loci ubi est res, dicit Vincen.
quod non, quia non habet iurisdi-
ctionem in personam sed in rem et hoc
verum dummodo citatus non sit
in diocesi ad quam citatur, potest
tamen iudex facere missionem in
rem [illegible] c. Romana [illegible] — ve. bene
li. vi. ¶ Et vero contumaci, ei qui
missus est in possessionem rei
violentiam inferret, ratione
huius delicti, cum excommunicare
posset, secundum eum, eo quod deliquit
in dioc., dicto c. [illegible]

Queso utrum Quando si reus est
mobilis, alter pro illam sortiatur
quis forum, dicit ffranciscus quod
quilibet tenere potest sic, et ita notatur
in glo preallegata i. c. c. si et ibi
dicit plenius et cetera. Glosa sua
declarat literam Glosa 2a notat
ad literam de iudice rei, et
in ea ibi si uero agrorum
fructu soluunt ciuitati in
cuius territorio sunt, et ibi si
predium si predium uniuersaliter alicuius
auctoris sit, iudex loci in quo
predium est, et ibi. l. vlt. ista
lex uidetur facere contra, que uult
quod in loco domicilij rei co-
ueniri potest pro re que est extra
prouinciam Sed non est contra
ut dixi in prima questione
quia utrobique potest conue-
niri ut ibi et cetera
Si quis Ordinatus
coram Episcopo
suo conueniendus est clericus qui
si recusatur dabit delegatum
partibus non suspectum Et duo
facit, primo premittet reo reo
lo ibi aut si actor Et hoc
dicitur primo circa delegacionem se-
cunda executionem ibi a quibus
Casus in tuendo patet ex
casu summario litera hic tem
statuit, quod si quis contra cle-
ricum causam habuerit, debet
eum conuenire coram Episcopo
ipso Et si ille fuerit suspectus
et ob hoc recusatus, debet
dare delegatum partibus non
suspectum De litera adeat. s.
e c. i. qui sit episcopus rei recu-
satus a reo vel ab actore secundum
hostiensem compleatur. i. execu-
tioni demandet
Ex litera c huius Noto quod
nullus cogitur coram suspecto
iudice litigare, et quod hic recu-
sato iudice suspecto, datur
non suspectus
2o Noto quod ecclesie ordinarius
potest recusari ut hic dicitur et
de episcopo Et ista recusatio potest
fieri a reo et eciam ab actore
secundum hostiensem Et potest ipse actor
dicere domine habeo causam
contra illum, et quia uos habeo
suspectum peto iudicem michi
dari alioquin appello ad archiepiscopum
et iste est casus singularis in
quo actor recusat iudicem
3o Noto quod delegatus datur
ab episcopo eius recusato, et sic
episcopus recusatus suspectus habet
iurisdictionem probatur hoc hic,
quia dat iudicem ad id. i.
de ap. cum speciali, secus in dele-
gato qui hoc non potest nisi
consenciente recusatore ut no-
in dicto c. cum speciali
Vltimo Noto quod delegatus
ab ordinario, non mandat
suam sentenciam execucioni, sed ipse
delegans, et hoc dicitur et
circa a quibus quidem fuit diffi-
nitum ipsius sed ordinarij, solli-
citudinem et cetera. de hoc plenius
lacius in glo preallegata
Sed oppono contra literam & con
in eo quod dicit aut si hoc actor
refugit videtur enim quod hoc non
sit bene dictum racio quia ac-
tor non potest recusare iudicem
cum consenciat agendo, de re
iudi. nil inmoui et ita non
debet audiri postea recusando
Soluco, litera ista intelligitur
de actore, antequam incipiat
litigare, talis enim potest dicere
domine Episcope habeo causam et cetera
ut. d. quam intelligitur de illo
qui elegit iudicem et coram

eo litigat, ꝑt etiam ꝑ inchoato
iudicium recusare, actor iudice
ex causa de novo orta, ut de
offi. delega. insinuate
¶ Sed quero tamen quod sit utrum
Questio eo casu quo actor recusat
ordinarium, sit citandus adversarius
dicit ffratrum primo quod non, quia
teneat delegatus ordinarius
quia etiam sine suspicione dele-
gare pt, huius tamen contrarium vi-
detur esse ff. de ap. cum speciali
ubi de qui consensu partium eli-
guntur arbitri qui cognoscant
de recusatione ad hoc facit xxi. q.
i. pervenit. Et hoc quidem te-
nent doctores quod illa iura
dicentes, adversarium citandum
esse. Sed ad ista iura dicit
ffratrum, quod procedunt ꝑ inchoa-
tam causam vel quod reus recu-
sat, qui trahitur invitus, et
tunc citabitur adversarius, et eliget
arbitrum super recusatione. Sed si in
actione essent eligendi arbitri
posset dici quod iudex eliget
suum, quia non est alius
adversarius. Hermanus tamen refert
quod quando recusatio sit respectu
cause etiam movende cum ali-
quo, ille est citandus, et ille
habet eligere suum arbitrum et
recusans alium, qui cognoscat
super recusatione dicta c. cum
speciali, et hoc tenendum [illegible]
[illegible] c. est intelligendum secundum
illud ut hic dicit prima glo.
dicens etc. In fine hic tamen non
refert, questio, quod sit sus-
pectus, sed ibi de hoc questio
refertur secundum Goff.
¶ Hoc scito pro expeditione glo-
se sexte. Quero quid si episcopus
recusatus delegat causam, et a de-
legato appellet, ad quem appel-
labit. Goff. secundum ꝑ principium

solvit ista questionem, primo tamen op-
ponit textum secundum quod sit, et in ca-
ibi. i. delegatus iudex tamen sit
opponitur, quia non datur
executor apostolice dictum aliqua
sit cognitum de causa ut hic Questio
sed delegatus. Et ibi ordinarius
Sed quid si delegatus recusat
potest ne causam alteri subde-
legare. Ad hoc dico, quod ante
proposita recusationem potest vices
suas alteri committere, sed post non
nisi volente recusatione, si
non comunicatus fuit super recu-
satione, tunc nullo modo com-
mittere potest, quia tunc omnino
iudex esse desiit, de hoc ff. de
offi. dele. iudex. l. vii. et ibi
potest dici et hoc est tutius secundum
Goff. In hoc tamen quod dicit non
posse appellari hic archiepiscopum
quasi omisso medio, dicunt
quidam quod hoc medium viz
episcopus hic est subtractum propter
recusationem arg. ff. de offi. de-
lega. l. i. § tum l. vii. et ergo di-
cunt hic posse appellari ad
archiepiscopum, et hoc tamen vincit Goff.
et hoc in spe. ti. de appella.
§ nunc tractemus versu i. totum
et ibi ar. con. posito c. pla-
cuit. Sed ubi not. contra Jo. viz
quod non possit in hoc casu ap-
pellari ad episcopum. Et contra
glose solutionem hic arguit instat
Jo. an. dicens quod si esset appel-
landum ad episcopum ut alteri
committat, potest committere ma-
gis suspecto quam primus, et
non licebit iterum appellare,
et sic preiudicabit in toto parti.
¶ Item si committat duobus
qui ferant singuli contrarias
ipse habebit alterum approbare
vel de re iudi. c. ult. et ita se-
quitur absurditas cum sit recusatus

nota bene materia de episcopo recusato

Et ita Jo. an. in hoc intelligere glosam istam. Jo. vero de ligna(no) simpliciter tenet glosam dicendo quod in hoc casu appellari potest ad Episcopum, quando cum sit recusatus non tamen desinit esse judex et sic superest medius, et non est sublatum et si appellatur ad archiepiscopum, appellatur omisso medio. Et ita etiam dicit hic ffran. Card. tenendo cum glosa, et ad hoc dat textum quod episcopus recusatus etiam primeriata suspicione possit committere, casus est in c. cum speciali de ap. secundum in delegato pro de offi. delega. iudex li. vi. Ad racionem Jo. an. respondendo dicendo quod nullum preiudicium pro hoc fit appellanti. Si enim Episcopus committat magis suspecto si postea habebit eum suspectum recusabit, et si non recusat si gravabit poterit appellare nec obstat quod 3o appellare non licet, quia ter in illicitis appellari potest in eadem causa super diversis articulis de ap. directe et c. [illegible]te, modo hic articulus est diversus ab aliis precedentibus. Ad aliud dicit quod non, erit in optione recusati approbare sententiam quam volet, cum enim pro recusatione prohibeatur cognoscere, non poterit iudicare, quia sententiam approbabit, si habet potestatem delegabit non suspecto. Et sic ista dicta glosa hec materia vel que in hoc est tamen nonda sed ffran. pro habet enim glosam Hem., quod ordinarius recusatus, licet intelligat sublatum quo ad potestatem cognoscendi, non est sublatum quo ad omnem potestatem, quia adhuc retinet potestatem delegandi. Et quod ad Episcopum debet appellari in casu quem ponit glosa, et hoc de ista materia. Glo. 2a declarat literam et solvit unum dubium quod moveri posset circa literam. Hoc coram omnem quia in litera dicitur quod si actor hoc refugit, deputandus est ab Episcopo qui potestate posset dubitari utrum ipsemet Episcopus recusatus posset sic compellere partes ut eligat iudices de quibus in littera glosa dicit, quod sic, declarando literam c. licet, quod dicit ut in ea, et ibi hoc dictum est vel quia forte impeditus causis non posset intendere, et ibi ponit libi etiam habetur consimilis materia de recusatione Episcopi, tamquam suspecti. Glo. 3a posset dubitari pro modum questionis utrum delegatus ordinarius sententiam suam exequi possit, alle quod non, et tamen contrarium, quod postea modificat Et in ea ibi a divo pio. ff. lex ista affirmative loquitur a divo pio rescriptum est iudicium a se datum in vel arbitrorum sententiam exequatur hii qui eos dederunt, et ibi ubi ibi dicit in possessionem mitti magis est imperii quam iurisdictionis, et ibi officiat eius de isto non negatur, cum habeat ordinariam ut ea que nontur de offi. vicarii li. vio. in fine. Et sic glosa de hoc utrum delegatus ab ordinario possit sententiam suam mandare executioni, tenet quod sic licet, textus iste

nec est mirabile quod ad recusatum appellatur quia per hoc non est preiudicium appellanti quia non appellat ad eum ut cognoscat sed ut alteri non suspecto causam committat

firmat gratiam et idem de quolibet
delegato ab inferiori principe,
Et hoc etiam tenet Innocentius in c.
trate non valebant pro eo quod castrum Cenomanensis ubi est eius domicilium seu le
consistit in diocesi Cenomanensi que diocesis ultra duas dietas a turonis est re=
mota ad quem locum dictus nobilis trahebat contra hic Ex parte, Regine fuit
replicatum quod ille nobilis bene poterat Turonis conveniri cum non solum Cenoman.
sed etiam Andagavensis dioc. castra ubi et castra et redditus redditus plures
habet Et castrum de quo vertitur questio in eadem situm est diocesi, que a turo=
nis nequaquam ultra xv. leucas distat Sed iterum recipiendo dicebat no=
bilis predictus quod ipse coram domino feudi debuit conveniri et ideo lex apostolice non
valebant cum ideo faciebant mentionem quod dominus feudi requisitus fuerat et in exhi=
benda iusticia negligens fuit aut remissus. Insuper dicebat quod lex ex
falsitate fuerant impetrate eo quod suggestum fuerat castrum illud ad reginam
racione dotalicij pertinere cum nec ab initio nec durante matrimonio est anno ad dona=
cionem propter nuptias fuerat assignatum Contra ista ex parte regine fuit replicando
responsum quod vidua spoliata irrequisito domino feudi spoliatorem suum sive de=
tentorem rei sue coram ecclesiastico iudice cum nullis viduas defendi bene potest
conveniri/ consultus papa super his mandat iudicibus predictis quod si constiterit
predictum nobilem curiam et mansionem habere in diocesi Andagavensi in qua
sub dominum citare consuevit. et ipsa dioc. a turonis non distet ultra duas
dietas et in eadem dioc. res litigiosa existit in ipso negocio iuxta
continenciam priorum literarum, primo cone procedat non obstantibus exceptionibus

que in petitorio quoniam tamen in possessorio quod regina contra predictum nobilem intentabat locum
habent. Sequitur licet dotalicii et donationis propter nuptias non tamen habuit interesse
hic adiecit tamen etiam violentus predo restituendus est ut l. de resti. spolia. in litteris
secundum Innocentium. Spoliata agebat quod interdicto unde vi 2m Innocentium trapessit etiam
ponit civitatem etc. et suspicione. proposuit detinendo forum eius Wilhelmi scilicet
nobilis de principali quod fateretur se aliud habere a tironis quo trahebat et gravabat
contra nominati de restitutione replicatum fuit ad tollendam exceptionem regine ista
agebat unde in causa principalis fuit ei sumendum ff. de iudi. Si quis secundum vin
lercas. leuca secundum quosdam est spacium continens duo miliaria secundum hoc xxiiij leuce
continebant viginti quatuor miliaria et sic erat una dieta ff. Si quis cautum. l. j.
Et dicebat Francum quod leuce sunt maiores in Francia, maiores in Burgundia
maxime in Alamania. Adiecit quidam dicitur triplicando sed verius dicatur
iterum excipiendo, scilicet de hoc et ti. proximo tertium, responsum minus bene secundum
quod notatur et de offi. dele. significantibus, vel dic quod bona fuit responsio secundum
Innocentium et dic responsum replicando ad tollendam exceptionem secundum Ostiensem
vidua desolata et oppressa qualis erat ista secundum Goff et Osti. litigiosum
hoc probato sufficiens est et vetera et c. Bane et c. de restitutione dilectus
secundum Osti. Spectum que emanavit ab Innocentio. Noto primo quod dicit casus summarius
videlicet quod persona miserabilis etc. pro cuius intellectu advertendum quod interdictum
secundum leges est idem quod actio in iure unde dicitur iudicium quod inter duos dictum
Et nota dicitur ab interdicendo sive prohibendo et proprie loquendo interdictum est ius
inductum a iure pretorio. sed actio a iure civili. Ergo dicit interdictum est similiter
quedam apud leges que solent nominare actiones ut alias dixi. Nam quoddam
dicitur interdictum quod vi aut clam. aliud interdictum quorum bonorum. aliud
quorum legatorum. aliud interdictum unde vi etc. Et omisso aliis de interdicto
unde vi hic fit mentio in summario. Hic dicit interdictum unde vi locum habet
cum quis per violenciam et factum amisit possessionem sui rei sive possessionis sue
Et datur directe contra spoliatorem ut restituat possessionem spoliato et sic cum agitur
agit contra suum spoliatorem ut ei restituat possessionem dicitur secundum leges agere interdicto
dicto unde vi et per hoc patet intellectus casus summarii in quo dicitur et sic hic
habito. Noto secundum et licet quod agens possessorio recuperande sive interdicto unde
vi potest allegare titulum nec tamen per hoc astringitur ad docendum de titulo ut
etiam supra de carencia tituli auditur reus excipiens. probatur hic per literam nam
hic regina agens interdicto unde vi asseruit castrum ad se pertinere ratione
dotalicii quod sapit titulum et tamen non auditur excipiens de carencia tituli Et
ratio huius est quia cum quis agit interdicto unde vi superflua est allegatio
tituli unde dixi in lectura quod quia ista regina non habuit interesse adiecit titulum
cum dicebat huius castrum ad se ratione dotalicii pertinere. Nam et violentus predo restituendus
est ut l. de resti. spolia. in litteris. Et ex hoc elicitur talis practica quod cum aliquis
in iudicio dicit: Domine iudex iste spoliavit me tali villa que ad me iure successionis
paterne spectat, peto ipsum compelli ad restitucionem. et reus dicit probet quod villa ad ipsum spectet
sive successionis paterne. non auditur reus nec ille actor compellitur probare hunc
titulum, sed sufficit se probasse quod possedit et spoliatum esse. Tercio nota quod actor agit
reus accipit excipit et iterum actor contra excipientem replicat ita fuit hic. et l. j. de excep.
a nobis. Quarto nota quod post ius exceptionibus et replicationibus si iterum reus opponit
aliquid de novo dicitur excipere et non duplicare et hoc quod positum de novo non to-
llit replicationes actoris, quia hoc in se idem quod adiecit si excipiendo quia du-
plicatio directe est dici contra replicationem etc. quod non fit hic. Item nota hic casum
in quo de re feudali agitur et coram iudice ecclesiastico irrequisito domino feudi. s.
quando miserabilis persona spoliata petit se restitui. probatur hic in v. Ad hec cum
quia licet ibi fuit allegata parte ipsa dicit secundum cum decidit. Item nota hic

prout notatur in dicto c. statutum in glosa olim dicebamus quod a loco domicilii dicitur quis trahi

quod causa viduarum et etiam miserabilium personarum spectat ad ecclesiam de hoc in glosa ultima
Item sicut hic agitur de computatione duarum dietarum et quod huiusmodi computatio fieri habet
a loco ubi res est de qua agitur et hoc ibi litigiosam rem esse &c et dicunt hic etiam
si agatur personali ut hic agebatur ut predicto unde vi tamen sit in rem scriptam quod hic tamen dico
quod hodie solummodo una dieta datur in rescriptis de rescriptis statutum li. vi. Et computatio huius
diete debet fieri solummodo a fine diocesis domicilii dicitur quis trahi ut ibi et per
hoc cessant oppositiones et dubia que hic fieri possent circa hanc in eo quod dicit de duabus
dietis. et in hoc quod ponderat rem litigiosam quia hodie datur una tamen dieta et compu-
tatio illius fit a fine dioc. domicilii etiam actione reali &c et ita semper debet haberi
respectus loci domicilii. ita servat curia secundum Jo. an. Item ultimo notatur quod exceptio
concernens petitorium non admittitur contra agentem possessorio ibi dum dicit lex non obstan-
tibus exceptionibus que in petitorio potius quam in possessorio locum habere videntur. Et ideo
dum iste nobilis obiceret regine quod castrum quo ipsa fuerat spoliata eidem non fuisset
in donatione propter nuptias assignatum non fuit auditus quia ista exceptio magis conti-
nebat iudicium proprietatis quam possessionis &c. Sed quia in lex c. huiusmodi ita proceditur
quod ista regina ut quasi vidua impetravit litteras a papa contra laicum spoliatorem suum
et fuit audita non obstantibus exceptionibus laici contra ipsam factis. Mandat enim papa
iudicibus quod ipsam impetratricem procedere constituit adversarium suum tamen et mansionem
habet in dioc. Mandagamen que non distat a loco iudicium ultra duas dietas.
Modo ista examinando opponitur primo contra principium videtur enim quod iste nobilis laicus non potuit
conveniri coram iudice ecclesiastico c. de iudi. Novit ubi papa protestatur se nolle dimi-
nuere iurisdictionem secularium. et specialiter cum hic actor sive actrix fuit persona laicalis
c. licet ex suscepto. Consequenter quia res de qua agebatur erat feudalis vel constabat
de negligentia iudicis secularis Et ideo debuit mediari causa ista per dominum feudi c. c.
Verum etiam si clericus sit qui convenitur ut ibi est dictum. Argumentum hoc in tertium
quod iste nobilis laicus potuit hic trahi ad iudicem ecclesiasticum specialiter a personali lai-
cali. Ad primum ideo dico quod hic agens erat persona miserabilis et spoliata et de foro
ecclesie ad quam pertinet defensio miserabilium personarum extra qui fi. c. si. ex
ideo tamen ipsius potuit bene ecclesia audire. quod declarabo latius. Ad secundum dico
quod hic non constabat utrum res pro qua agebatur esset feudalis vel domina hoc
confessa fuit sed solummodo pars adversa hoc allegabat. Nunc autem tamen agit coram domino
feudi quando constat rem esse feudalem c. ex proximo. Ceterum in verbo constat ubi
dixi. Sed contra istas solutiones obicitur sic et fortius videtur enim quod non fuit bene sum-
data ratio quia dato etiam quod vidua sit de foro ecclesie non tamen per hoc potuit trahere
laicum ad forum ecclesie. sed debuit sequi forum rei c. c. Cum sit sicut enim videmus
in clerico qui similiter sit de foro ecclesie non tamen ex hoc potest trahere ad forum ecclesie
indistincte et specialiter in causa simili ut hic. ideo non videtur posse stare solutio
Consequenter de c. ex tenore c. c. ubi non statim de causis viduarum iudicat ecclesia
sed propter negligentiam iudicis secularis de qua negligentia hic non constat Consequenter et secundo
etiam dato quod ista vidua de foro ecclesie debuit prius agere coram domino feudi quam clericus
qui fortius est de iudicio ecclesie convenitur et agit coram domino feudi c. c. verum
et in aliis iuribus concordantibus. Ista contraria inveniunt fundamentum lex in eo quod dicitur
viduam posse convenire laicum coram iudice ecclesiastico. Nam videtur quod potius debet
sequi forum rei. sicut alias patet exemplum in clerico. Advertendum ideo secundum Innocentium
quod defensio viduarum et aliarum miserabilium personarum de speciali gratia et favore
earum est reservata ecclesie per canones et quodam iure speciali contra spoliatores possunt
convenire. et in exemplum adduxit etiam si sunt divites vidue. extra qui fi. c. si.
et c. et in talibus miserabilibus personis opprimendo eas committit sacrilegium quod
primo capite regulariter pertinet ad iudicium ecclesie xvii q. iiii .§. in canonibus
Et ideo sicut clerici suos oppressores sive spoliatores possunt convenire coram iudice
ecclesiastico c. c. cum sit in libro c. sacrilegus quia gaudet eodem privilegio cum rebus
ecclesie secundum ... sic et vidua suum spoliatorem potest convenire coram iudice
ecclesiastico quia quod hic reputatur crimen sacrilegii in quo non habet locum illa regula
actor sequi debet forum rei et hoc patet quod vidua possit convenire laicum

coram iudice spirituali siue ecclesiastico Et sic soluitur primum quia hic fallit illa regula actor
sequi debet forum rei propter hoc quia crimen est ecclesiasticum secundum Innocentium in quo casu ipse Innocentius
ponit aliam distinctionem inter privilegium fori clericorum et viduarum. sed illud improbat Ffran
Ad 2^m quod arguit quod ecclesia non statim iudicat de causis viduarum. sed propter ne-
gligentiam iudicis secularis ut c. Ex tenore. Dico quod illud c. loquitur quando agitur de
proprietate rerum vidue, hic autem non cum agitur de possessione sine violencia illata vi-
duis et talis causa statim pertinet ad forum ecclesie ut ibi nota. quia cum miserabilis
persona spoliatur committitur quoddam crimen sacrilegii ut hic dicit Innocentius. Ad vltimum quod arguit
de causa feudi quod talis causa primo debet tractari coram domino feudi. Jo. an. diffuse tractat
solutionem huius argumenti et Innocentius et inter alia dicit quod licet regulariter inter privatos ad solum
dominum pertineat hec cognitio tamen si agatur de spoliatore. hic si vidua ecclesia aut alia
miserabilis persona de causa spoliatore agat bene cognoscet ecclesia ea ratione
quia est crimen sacrilegii cuius cognitio ad ecclesiam pertinet 17 q. 4 c. 1 et secundo
et non est mirum quod in hoc casu requiratur dominus secularis super reddenda iusticia secundum
illud. primo dum agitur super proprietate ut c. Ex tenore vel ad petitionem
actionis primo pertinebat ad dominum, 2° ad ecclesiam. Sed hec cognitio ad ecclesiam sacrilegii
primo pertinet ad ecclesiam secundum Innocentium. Ex istis patet fundamentaliter notitia huius decre-
talis hic premiat quod vidua possit talem suum spoliatorem convenire coram iudice
ecclesiastico ut hic dicto quod hic ipsa dicit mandamus si constiterit dictum nobilem tam et
mansionem habere in andagavensi dyocesi. Circa primum ad hoc ut quis possit conveniri
in aliquo loco sufficiat quod ibi habeat mansionem. Obstat lex ff. de. ubi senatores vel
clarissimi videtur exigere duo ut quis habeat domicilium. primo quod habeat maiorem partem fortunarum
suorum bonorum secundo quod ibi consistit quia ponit hec duo copulative Sed ut dicit Ffran
ibi copula exponitur alternative. simile est de c. 3. unde dicit hic Innocentius: solam man-
sionem sufficere in loco ff. de iudi. l. Heres legitur § 1. quod tamen Bartho. in l. 2. C.
ubi sena. vel cla. allegata Sed Ffran putat quod hic cum dicit mansionem consideret manso-
nem que sit domicilium quia hic loquitur de mansione non temporali et hoc sufficit etiam si non
pro maiori parte moretur tamen sic quis habere plura domicilia, de hoc hic latius ipse
Ffran pertractat. Glo. fi. notat quod interdictum unde vi competit contra illum qui violenter aliud
spoliat vel complices eius de eius mandato hec sumitur de et in ca ibi si prius
dicit illa lex si quis vel familia eius armis deiecerit. quod sic deiecisse videtur
si mandavit vel ratum habuit ut Glo. andagavensis notat ad litteram Et in ca ibi Senatores
C. de episcopis c. 2. 4. l. 2. ubi de hoc Glo. in eadem dyocesi notat quod ratione rei
sic quis conveniri coram ordinario loci ubi sita est res. Glo. vltima notat quod licet
impetrantes contra laicum non valent ubi primo iudex secularis fuit requisitus et negligens
et quod de hoc fiat mentio in litteris quod si est signata gratia et soluit, 2° notat de ca vidua
et remittit. 3° declarat quare non fuit hic recipienda dilatoria exceptio. vltimo
obicit ad denominationem istius regine. cum rex suus fuit tunc mortuus, et soluit,
et in ca ibi et ita hic ab initio manent suspense etc. De isto quod littere
impetrate contra laicum sint nupcendenti vel nulle, dicit supra Ex tenore Et ibi causa
viduarum et hic primum dum agitur de earum iniuria vel violencia, ut c. eodem
Ex tenore. Et ibi illud sciens. glo. ponit vnam informationem dicens quod illud quod venit
in principali questione sicut est exceptio peremptoria non debet proponi in exceptione dila-
toria Et in hoc declarat quid sit exceptio dilatoria et quid peremptoria dicens hec
Et pro intellectu istius sciendum quod exceptio dilatoria tantum differt et non perimit actionem
Sed peremptoria perimit, id est annullat actionem excludit ut est solutio debiti hec Nam ergo
exceptio peremptoria que respicit principalem questionem habet perimere actionem debet quod ipsam
precedat actio cui opponatur talis exceptio. et ideo non debet proponi in exceptione di-
latoria. hic vult glo. sicut ut habetur ff. de litis contesta. c. 1. l. 2. Exceptio peremptoria
non debet proponi ante litem quam in casibus ibi expressis et ibi in principio non simpliciter
regina sed quandam Regina vocatur etc. et ibi § vidua. Describitur
retinet domicilium et dignitatem mariti donec alteri nupserit etc. etc.

Conquestus. Summatur si laici usurpantes iura ecclesiarum velut sacrilegi per iudicem
ecclesiasticum compescuntur. Et primo ponitur querela episcopi. Secundo iudicatur. Ter-
tio penam primo iustificat ibi Cum autem. Casus in textu: potestas et commune Bononiensium
per violentiam usurpaverunt iurisdictionem in quibusdam castris et villis que pertinent pleno iure
ad ecclesiam Bononiensem et in cuius possessione vel quasi predicta ecclesia erat. Unde episcopus
Bononiensis conquestus fuit domino pape. Qui tamen commisit cuidam canonico mandans eidem
quod cum iniquum sit ea que pro remedio peccatorum ecclesiis sunt relicta vel aliter iuste
acquisita humanis usibus applicari et invasores ipsarum rerum tamquam sacrilegi sunt excommunicandi
usque ad debitam satisfactionem, unde si constiterit ei de premissis premissa monitione per
censuram ecclesiasticam compellat invasores predictos ab huiusmodi cessare et de predictis
iniuriis et dampnis satisfacere competenter. Sequitur textus: pleno iure, quam habebat co-
gnoscere, iudicare et recipere [...] ac esse. Et sic videbatur intentare peti-
torium [...] collata in vita, ecclesiis vel aliis piis locis, supra de testamentis officii
aliis, puta emptione, permutatione et usucapione, [...] de rerum [...] per tradi-
tionem usibus, supra de religiosis domibus Ad hec. Nota primo ecclesiam [...] habere iuris-
dictionem temporalem ut hic et extra de iudiciis c. Novit et ibi dixi lacius. Cum filii sunt
[...] per [...]. Secundo nota quod deputata ecclesiis [...] iniquum divino cul-
tui iniquum est humanis usibus applicari. De hoc supra de religiosis domibus Ad hec et de rerum
permutatione [...] cum concor. Tercio nota quod invasores rerum ecclesiarum censentur
sacrilegi ut hic et 17 q. 4 Cum sit, alibi dicuntur homicide ut 16 q. 1 Qui abstulit.
Et de multiplici sacrilegio dixit [...] ad ea que notantur supra de sententia excommunicationis
[...] ad propositum sufficit dicere quod sacrilegium est sacre rei violatio vel
usurpatio, et committitur tribus modis vel cum sacrum accipit de sacro ut calix de ecclesia
vel sacrum de non sacro vel non sacrum de sacro et generaliter omnis violencia illata
rei ecclesiastice dicitur sacrilegium ut probat hic textus etiam si sit prophana et etiam si
violencia non expulsiva sed inquietativa qualis erat hic ut inferius dicam.
Quarto nota hic sacrilegos non esse ipso iure excommunicatos sed excommunicandos ibi dum
dicit mandamus quatenus si constiterit de premissis monitione premissa etc. et hic vult eos
esse excommunicandos. De hoc tamen patebit infra quo hic fit verbum, cum aliqui sacrilegi
ipso iure sunt excommunicati et aliqui excommunicandi etc. Sed pro huius intellectu textus
huiusmodi clariori posset opponi: videtur enim esse contrarium in textu eo quod dicit ecclesiam Bononiensem
fuisse ac esse in possessione, et dicto hic quod dicit textus per violenciam usurpare presu-
mpserunt non enim intelligas quod spoliassent ecclesiam sed per violenciam ipsam inquietabant
et dampnificabant et clericos ac laicos forsan capiebant et secundum hoc ecclesia hic intenta-
bat [...] possessorium quia fuit in possessione, communis inquietabant sive tali, et sic
patet intellectus textus. Item pro intellectu huius quod dicit hic sacrilegos huiusmodi esse ex-
communicandos oppono de c. Conquesti et c. In audientia de sententia excommunicationis ubi habetur quod sacrilegi
ipso iure sunt excommunicati. Hoc argumentum requirit intellectum et concordanciam
iurium de ista materia que videntur contraria. De hoc ergo qui sacrilegi sunt excommunicati
ipso iure et qui non sic solet distingui. Aut sacrilegium committitur in personam ecclesiasticam
et tunc sacrilegus est excommunicatus ipso iure 17 q. 4 Si quis suadente, aut in
rem ecclesie et tunc non est excommunicatus sed excommunicandus ut [...], aut in ipsam ecclesiam
et tunc subdistinguitur aut cum effractione vel incendio et tunc excommunicatus
est ipso iure de sententia excommunicationis Conquesti et c. In audientia ut dicit [...], aut sine effrac-
tione et incendio ut quia surripuit calicem vel librum in ecclesia incaute
dimissum et tunc non est excommunicatus sed excommunicandus supra de furtis c. ultimo
ubi non dicit de absolutione illius qui calicem furatus fuerat quod tamen fieri
consuevit dum quis incidit sententiam canonis. Et sic patet quod si quis per violenciam
detinet vel invadit res ecclesie sicut hic non est ipso iure excommunicatus sed excommunicandus
ut hic et per hoc etiam patet quid sit dicendum de ista materia. Ita distinguit et
Petrus et Abbas et Jo. An. hic et Henricus Boich [...] et idem Hostiensis in
lectura et Hostiensis in summa ti. de immunitate ecclesiarum in fine. Et facit quod [...]
17 q. 4 que incipit Que pena violancium ecclesias et titulo de titulo
de sacrilegio q. 4 et Astexanus [...] primo titulo de sacrilegio [...] et [...]

titulo secundo de rescriptis in fine. Quot modis committatur sacrilegium vide archidiaconum xvii q.
iiii Attendendum. De illis autem qui violant immunitatem ecclesie collectas et exactiones
indebitas ecclesiis et personis ecclesiasticis imponendo vide de immunitate ecclesiarum Non minus
et ibi notatur Adversus c. Cum nonnulli et c. Clericis et c. Quoniam et c. Intelleximus
et qui forum dant pistoriis. Prohibet esse titulus C. de [illegible] li. xii. Qualiter committatur sacri-
legium secundum leges habetur ad l. iulia peculatus l. sacrilegii. Glo. prima ibi ponit
textum in fine, vel melius dicatur ut dicit in textu ibi. Glossa [illegible] dat textum ad textum quare
videlicet dicit ad textum in textu vel ibi enim docet glo. quare incorporalis dicatur
quasi possessio. Et in ea ibi quasi possidet. et ideo interdictum unde vi vel uti possidetis
non competit in eis sed utilis unde vi vel uti possidetis ff. de [illegible] l. [illegible]
Hostiensis glo. ultima nota de sacrilegorum pena et foro. Et in ea ibi ipso iure [illegible]
habet dictum est latius supra in oppositione c. Dilecti filii

Dilecti filii Ostendit hic privilegiatus non teneatur respondere nisi in certo
loco si in alio loco respondere vel solvere promittit ibi potest con-
veniri. Et prima parte ponit querelam civium que continet cause commissionem et rei
exceptionem. Secundo ponit mandatum factum reo cum comminatione et provisione si non pareat
ibi. Tertium quia. Casus in textu. Quidam cives Romani [illegible] certam pecunie
quantitatem mutuaverant Episcopo Dulmen. qui promisit eidem dictam pecuniam solvere
certo loco videlicet citra mare, sed quia episcopus promissum non adimpleverit impetra-
verant literas quorum ad abbatem sancti Dionysii Parisiensis. Qui citavit successo-
rem Episcopi predicti coram illo iudice. Ex parte episcopi fuit excipiendo propositum
quod cum omnibus Anglicis a Sede apostolica sit indultum ut super causis pecuniariis
citra mare conveniri non possint, propter quod abbas predictus in negotio
sibi commisso non processit. Unde cives illi significaverunt hec domino pape. Et quia sciebat
Episcopo Dulmen. quod si fuisset tale privilegium concessum non tamen processisset illi qui
adversariis solvere certo loco promisit. Et quia et ibi et etiam ubi domicilium habet
potest talis promittens conveniri. Ideo mandat eidem ut dictis civibus satisfaciat
de promissa pecunia cum iustis et moderatis expensis et condigna satisfactione dam-
norum cessantibus usuris. Alioquin mandat dicto abbati ut in negotio sibi commisso
procedat non obstante dicta indulgentia iuxta traditam sibi formam. Secunda parte
abbati etc. ad abbatem secundum quod [illegible] pecuniarias q. d. Secus in talibus que
sunt agende in quo sunt res etc. Sane citra mare. quod [illegible] qui videt hic similem
[illegible] in privilegio [illegible] cause [illegible] eisdem civibus Romanis expensis
aliud sunt expense aliud damna ff. de [illegible] in [illegible] ff. de solutio. l.
Alioquin id est si non satisfeceris. Extra eod. c. [illegible]. Nota hic primo quod privilegium concessum
sub nomine appellativo concernente provinciam competit et clericis illius provincie
hic enim dicit de privilegio concesso Anglicis et hoc tali utebatur episcopus Dulmen.
qui est in Anglia. Item clerici dicuntur esse de provincia et dicuntur esse cives loci
ubi habent beneficia pro hoc extra de rescriptis Dilectus. Secundo nota quod qui aliquid promittit
solvere certo loco ibi potest conveniri et etiam in loco domicilii cum et eod. [illegible]
Et hoc ideo quia promittendo solvere intelligitur ibi contractum fecisse, nec non contractus
sortitur quis forum ff. de [illegible] c. ultimo. In hoc hic dico quod quis potest conveniri
ibi ubi promisit solvere hic. Tertium dummodo ibi inveniatur non tamen potest trahi
si incolatus sit sive domicilium ordinarium illius loci, de hoc ff. [illegible] Romana
sed Contrahentes li. vi. Quarto nota quod si aliquis est privilegiatus ut in certo loco
non posset conveniri et promittit solvere in illo loco pro hoc renunciavit illi
privilegio et conveniretur ibi non obstante privilegio per textum c. [illegible] et in hoc dico quod hoc
privilegium concernebat favorem suum singularium personarum cui potest quis
renunciare. et sic non obstat [illegible] Si diligenti. Ultimo nota quod de iure
canonico possunt peti expense et damna et interesse per textum c. [illegible]
et quod etiam differant [illegible] ff. de iniuriis in [illegible] Et examinando textum
c. [illegible] quia hic dicit in principio quod litere impetrate fuerunt [illegible] successorem

Oppono contra hoc quia impetrate fuerunt littere contra predecessorem istius Episcopi expresso nomine proprio
et ille decessit re integra ergo non debuit transire ad successorem extra de offi. deleg.
Quoniam abbas ubi dicit quod littere impetrate dignitati expresso nomine proprio non
transeunt ad successorem a sensu contrario illius capituli. Glossa prima solvit hoc contrarium
et dicit hoc ideo fuisse quia littere erat impetratum super contentu nomine ecclesie facto et uti-
litate ipsius. De hoc tamen non apparet in textu sed ex sic dicit alia successor non
potuisset conveniri contentu predecessoris supra de solucionibus c. j. unde dicit glossa prima
et in ea ibi contractum fuit. Unde tenetur successor sicut filius et heres. supra de solucio.
c. primo. ubi de hoc nisi sed ad hoc removetur contrarium de c. quoniam contra allegato
propter hoc dicunt alii quod hic res non erat integra sed lis erat incepta cum antecessore
et sic successor conveniri potuit ita dicit [illegible]. Sed hoc non valet. quia contra successor
opponebat declinatoriam que opponitur in principio litis supra de re iudi. [illegible]
propterea dicit alia solvit hoc contrarium quod aliud est quando impetrat rescriptum ad dignitatem
expresso proprio nomine super iurisdictione [illegible] aliud quando super contentu super uti-
litate ecclesie facto quia primo casu non transit ad successorem ut in contrario
secundo casu sicut hic et racio diversitatis. quia contractus factus per prelatum nomine
ecclesie contingit ecclesiam et ipsam obligat. et ideo non mirum si transeat ad succes-
sorem sed non sic in iurisdictione. dum prelatus ecclesie deputatur iudex in aliqua causa
et ideo ibi non transit ad successorem. Et in hoc dicit Franciscus Zabarella quod hic in rescripto
super contentu dato exprimitur nomine predecessoris intelligitur exprimi causa demonstrationis
sed quando impetratur rescriptum ad dignitatem ut prelatus sit iudex expresso nomine
proprio. tunc nomen ipsum non exprimitur causa demonstrationis sed causa affec-
tionis quam habuit delegans. Et hoc patet racio quare hic successor potuit conveniri
per rescriptum impetratum contra predecessorem. Item circa hoc quod dicit [illegible] quem conveniri
posse ubi solvere promisit debuit aliud dubium. videtur enim hoc non posse stare
[illegible] quia iste qui est clericus etiam expresse non posset consentire in iudicem
non suum sine consensu Episcopi supra c. proximo. Et ideo non videtur quomodo per
huiusmodi promissionem posset se submittere iudici non suo sine consensu sui Episcopi re
solvit primo quod hic non consensit in alium iudicem non suum. quia ipse iudex
ordinarius etiam qui hic per delegatum cognoscit ar. [illegible] q. iij. cuncta. immo
plus dico secundo. primo quod etiam in alium iudicem tacite clericus potest consentire
ut hic. si contrahendo in alterius territorio promittendo alibi solvere, quod non dicitur clericum
contentu vel delicto potest alium sibi iudicem constituere ut patet. Item quia dicit [illegible] defini-
tio. quia se certo loco respondere vel solvere promisit tamen revocatur in dubium potest enim
ponit per distinctionem respondere vel solvere promiserunt. hoc dicit Franciscus [illegible] per [illegible] que
propter pactum de respondendo non potest quis indistincte conveniri coram ordinario loci
coram quo respondere promittit quia ut dixi supra c. proximo c. j. potest quis declinare iu-
dicem non suum etiam exprimus coram illo respondere promisit ad sensum ibi dictum
unde nec intelligitur contrahere taliter promittendo [illegible] Franciscus et [illegible] istam exprimit [illegible]
ut quia ponatur vel procedit in [illegible] et etiam Io. An. quod pactum ad hunc effectum
ne opponatur de indulgencia concessa anglicis. sed [illegible] illud pactum conveniri
non posset coram ordinario loci. quia non potest clericus tacite alium iudicem eligere
sine licencia sui superioris. Et circa istam [illegible] Franciscus quod pactum de solvendo in certo
loco sufficit contractum adeo quod videtur factus in alio loco. et non ubi fuit initus
ff. de solucio. Cum vero nisi ubi casus ad [illegible] et hic colligitur. Item [illegible]
primo: quod promisit de solvendo certum locum [illegible] facit quod renunciasse intelligitur pri-
vilegio in omnibus iudiciis sive coram ordinario sive coram delegato iudice
conveniatur. nam tali privilegio facile renunciatur tacite. [illegible] quod sic per [illegible] renunciat

quis foro ordinario ita et privilegio quod habet sup foro. Item notat q privilegium
non extenditur nisi ad casus ubi p litteras apostolicas scilicet spales et non commi
iure contrahit forum non obest privilegium quo quis non est conveniendus extra
angliam ut sic iuri communi non derogat quod faciendum est ut not. e. de rescript.
Capitulum Cum dudum si domicilium habet in anglia et in francia quod esse pt
ff. ad municipa. l. assumpto. § Si finali. Unique quia anglicus est non
potest conveniri p litteras apostolicas in francia. absit secundum Innoc. et breviter
tradit hic Ost. pro regula q quo etiam quocumque ordinario iure de iure communi
possit quis in loco alio conveniri ibi eodem iure et eadem causa potest coram dele-
gato conveniri quia in nullo enim talis gravatur. Cum ipse ordinarius sit rector.
Et si ipse ibi esset cognoscere posset. ergo et delegatus quis salvis tamen aliis
exceptionibus que sibi rei competunt etc. Glo. secunda que ponit dictum de
quo remittit secundo solvit contrarium de c. Si diligenti § c. Ubi dictum est
q pacto privatorum iuri publico derogari non pt. Glo. solvit hic dicens etc.
Et ibi etiam tangit personalem suam sibi etiam ferias messium potest renunciari
ff. de feriis et constitutioni prohibenti ne quis trahatur ultra unam dietam
a sua diocesi § de rescript. Statutum li. vi. quia finis istorum iurium est utili-
tas privata sic et hic tollit ergo ius p pactum quo ad privatam utilitatem publice
non utilitati non contradicat ut c. c. Si diligenti. et ibi glo. remittit. Glo. ultima
tractat quales expense veniunt et remittit secundo quod quo probentur expense
et damna et solvit. Et in eadem ibi Si sumptus in fi. dicit illa lex creditor expensas
moderatas factas in pignore repetit ut neque onerosus creditor audiatur nec
delicatus debitor. et simpliciter leges aliis ponunt expensas fieri moderatas.
Et ergo vult glo. q expense litigantium debent esse moderate non delicate
ut videlicet attenta qualitate personarum fiat ipsarum taxatio. De hic latius ff.
de eo quod certo loco. Et ibi de damnis et interesse est aut damnum quod aliquid
et facultatibus demitur sive perdit aut decrescit sed interesse proprie damnum
emergens et lucrum cessans ut quia solvere debuisti Titio ad certam diem et non
solvisti. Et si solvisses Titius ibi p lucratus fuisset. illud ergo lucrum cessans
dicitur interesse proprie in fine vel melius dicatur secundum Franciscum.
q expense facte in lite probabuntur modo in glo. expresso videlicet p iura-
mentum cum taxatione. Expense non facte ante litem petuntur ut interesse § de fide
iussoribus praeterit et c. Constitutus. et probantur aliter quam p iuramentum p media que glo. allegant.

Significasti. Summatur sic. Clericus sine diocesani licentia non pt se submittere
iurisdictioni non sui iudicis. Dominus Dominicus secunda in missitioni.
Casus iste talis. Quidam clericus tenebatur cuidam mercatori in quadam pecunie quantitate
clericus iste subiecit se iurisdictioni conservatori abbatis si in termino sibi dato predicto non
satisfecisset mercatori et quia terminus huiusmodi lapsus fuit satisfactione minime
facto. Querebatur utrum abbas posset exercere iurisdictionem in clericum et utrum potuit se
subicere iurisdictioni illius clericus memoratus. Et dicit ipse respondendo dicit q licet privatorum consensus eum qui non est iurisdictionem possit facere iudicem constituere, clerici tamen cum non sint
iudices consentire non possunt. Ut forte se persona ecclesiastica et voluntas propria
diocesani accedat et sequitur lex mercatoris cui clericus obligatus erat privatorum
consensus scilicet clericorum nec p sententiam forte non est non dubitandum secundum
Jo. an. similiter c. de prescr. Ino. persona iudicis cui se subicere volunt diocesani
illorum clericorum qui se subicere volunt secundum Jo. an. Et lex c. hinc. Ho. primo
q nomine iurisdictionis principaliter intelligitur ordinaria sicut enim lex hinc c. li. intel-
ligenda in eo dum dicit in principio se tue iurisdictioni subiecit scilicet ordinarie
et ibi qui iurisdictioni esse dinoscitur. s ordinarie quia iurisdictio delegata non
prorogatur ad personas non expressas in rescripto e. de offi. delega. p. et § Glo. circa

-pponitur ff. de iudi. l. i. ibi cum temporal. potest vel aliam iurisdictionem habet s. ordinariam
secundo vero quod licet laicus possit se submittere iurisdictioni non sui iudicis. clericus hoc facere
non potest sine consensu sui diocesani. sed de consensu potest dummodo iudex in quem clericus
consentire voluit sit certa persona et hoc est totale dictum c. huius. Sed pro intellectu
huius clariori oppono contra hoc. et primo contra primum videtur enim quod nec laicus possit se submittere
iurisdictioni non sui iudicis. patet hoc extra de peni. omnis utriusque. et de pen. et remissio.
omnis utriusque sexus ubi expresse habetur quod sine licencia proprii presbiteri non potest
etiam laicus alieno sacerdoti confiteri et se illius iudicio subicere. Item contra secundum
dictum videlicet de clerico est manifeste lex c. e. proximo ubi clericus promittendo
solvere alibi convenitur coram iudice illius loci etiam licet hoc faciet sine consensu
sui episcopi ut ibi dixi. ergo clericus potest se subicere iurisdictioni alterius iudicis et
sine licencia proprii diocesani quod est contra litteram. Nota ita incipiunt intellectum litterae.
Ad primum ergo dico quod lex c. huius [illegible] de loquitur de iurisdictione fori contenciosi
ita quod laicus huiusmodi iurisdictioni potest se subicere iudicis alterius non sui. Sed secus est de
foro consciencie quo ad sacramenta spiritualia quia huiusmodi sacramenta non potest recipere
laicus nisi a proprio sacerdote vel de licentia eius ab alio ut in contrario.
Ad secundum dico quod clericus non potest consentire sine consensu sui episcopi in non
suum iudicem expresse. et hoc vult lex huius c. tacite vero videlicet contra hoc eius poterit
iurisdictionem alterius in se prorogare s. promittendo solvere in certo loco ut e. c. proxi.
quia iste modus pro contractum apparet a iure. et sic solvunt secundum. pro hoc etiam pro
intellectu lex. Sed tunc remanet dubium que sit racio diversitatis quod laicus possit in se
iurisdictionem alterius iudicis prorogare. et clericus non sine licencia proprii episcopi. Dicit
Hostiensis quod in clericis hoc non permittitur et eo quia magis subiciuntur suis iudicibus. tenentur
enim ad maiorem obedientiam racione amplioris perfectionis quam habent. et quia censentur
hereditas domini et pro quibus se transtulerunt in dominum et in suos vicarios
qualis sunt papa et episcopi. Dicitur enim clericus a cleros quod est sors quasi sors
domini de quibus cum sunt que racio cessat in laico. Item quia in laicis permittitur
sed in clericis prohibetur ut h. et sufficit ita scriptum esse ff. qui et a quibus
prospexit ro. Ex hiis omnibus colligitur quod iurisdictio est prorogabilis in personam laici
sed non in personam laici clerici nisi sub modo in textu expresso. s. dummodo sit de licencia dio-
cesani et in iudice certa. Sed quia hoc permittitur clerico s. de licencia episcopi ut videlicet
possit in non suum iudicem consentire. Queritur utrum in hoc sufficiat licencia superioris
cuius cognoscere de causa. Egidius dicit quod non. quod dicit Hostiensis procedere cum inferior habet
iurisdictionem accumulatam cum episcopo pro qualem simplicem. Sed si habet iurisdictionem
gradualem excludentem episcopum adeo quod non possit episcopus pro qualem simplicem de causa
huiusmodi clerici cognoscere secus putat Hostiensis quia hoc non est ordinis sed iurisdictionis.
Sed quid de exemptis qui renunciant et sub episcopo respondere promittunt remittit Io.
an. s. de re. iur. Beneficium l. vi. Alia non dubia et oppositiones omnes h. movent sunt tangunt
glo. Glo. prima posset reciari pro obiectionem in eo quod dicit lex quod privatorum consensus
in eum qui iurisdictionem habet sit tamquam in suum iudicem. Contra hoc posset opponi
quia possibile est in huiusmodi consensu errorem intervenire quo casu non valet huiusmodi consensus
in iudice non suum etiam licet habeat licenciam episcopi et persona sit certa in quam con-
sentit ff. de iudi. iurisdictione omnium l. si iudi. pro errorem ergo lex non stat in veritate
tantum in eo quod dicit privatorum consensus h. cum in eo quod dicit ista duo sufficere consensum episcopi
et quod persona sit certa. Ad hoc ut clericus possit consentire in iudicem non suum
glo. solvit dicens legem procedere dummodo huiusmodi consensus sit certa scientia et non pro errore
alias ut argumentum probat si error intervenit huiusmodi consensus non faciet iudicem
ord. glo. Et tota haec dicit Io. an. quod ad hoc ut clericus de non suo iudice et iudi-
cem facere possit requiruntur plura. primo quod consenciat secundo quod non per errorem
dicit quod alias per metum ff. de iudi. l. ii. quarto quod sit certa persona quia in
laicum non potest ut i. in glo. proxima. Quinto quod sit alias iudex quia consensus
privatorum non potest dare iurisdictionem cum non habentibus cum eius iurisdictionem alterius
possit in se prorogare ut h. sexto quod sit iudex ordinarius quia iurisdictio

delegata non est prorogabilis ad personas non per expressas sicut nec rescriptum potest prorogari
extra de offi. dele. p. et c. Septimo quod de consensu sui Episcopi ut hic. Octavo quod re
integra non peniteat quia ut dixi extra ti. proximo c. i. potest quis declinare iudicem
alias non solum ante litis contestationem etiam communis coram illo respondere promisit. Non
requiritur quod sit talis causa que iudicis prorogationem recipiat et hic etiam ad laicos
extenditur Si enim causa esset spiritualis vel spiritualibus annexa quantumcumque laicus con-
sentiret excepta auctoritate pape nunquam posset ad talia sine clericorum iunctura
iurisdictio secularis iudicis prorogari cum talibus laici iudicare non possunt. de hoc
extra de arbi. contingit et c. pro humilitate de cl. hiis patet que requiruntur ad hoc ut clericus iu-
risdictionem alterius in se possit prorogare. per quod etiam apertius lex intellectus c. primus
Unde et ex isto infero primo quod solus clericus hoc non potest quia requiritur consensus Episcopi
ut dicit lex. Item quod solus Episcopus non potest prorogare iurisdictionem alterius in suum
clericum quia ut dixi requiritur ad hoc etiam alius consensus clerici unde non posset
cogere clericum invitum subire iurisdictionem iudicis non sui. sicut secundum Osti.
non potest compellere clericum invitum recipere ordines ab alio Episcopo ix q. ii c. primo
de preben. Nullus. et hoc etiam tenet glo. sequens in fi. quod generaliter sit verum ibi
dictum. Unde glo. sequens facit tria In principio enim et in fine format duas questiones
in medio signat contrarium et solvit Et in c. ibi Non liceat. ubi de hoc et ibi li-
tigatores illa lex ponit casum quod partes compromisso arbitrio renuerunt ad iudicem vel
arbitrum alium pretor non coget illum suum dare si ad illum redeant propter
contumeliam quam irrogaverunt sibi et hic videtur clericus contumeliam irrogasse episcopo
suo alium iudicem attendendo. hic vult glo. et ibi. Si quis. ponit casum in quo
hic iuramentum detulit cum postea revocavit. si quemadmodum iterum deferat non cogere
subire et ibi inutilis. Si habet in se pactum tacitum ne ulterius petat qui eam
accipit. hic vult lex si omnis hic allegata. hic tamen verum est de illa acceptilatione
que est inutilis ratione rei puta quia ille qui non debebat sed re obligatus est
liberari intendit Secus si ubi est inutilis ratione exceptionis verborum ut quia
facta est inter absentes et sub conditione vel modo hinc enim talis acceptilatio
nichil operatur et ita nec tacitum pactum habet in se secundum hoc debet intelligi ista
lex Est autem acceptilatio imaginaria solutio et cum hoc est similis vere solutioni
quia sicut per veram solutionem tollitur vera obligatio ita etiam per acceptilationem que
est solutio imaginaria Exemplum huius si debitor stipulatione obligatus interro-
gat creditorem suum sic. tere obligor tibi in promissione stipulationis mee tibi facte
et quia hoc aut beneficium aut servitium feci tibi in recompensam illius debiti. habes
me acceptum et creditor respondet habeo acceptum quod dicat perinde habeo sicut
accepissem a te per veram solutionem Et sicut vera solutione liberatus esses ita nunc
liberatus es. hic aut secundum legistas acceptilatio. talis ergo acceptilatio habet in se
pactum tacitum communis sit inutilis ratione rei sine natura suspecta quia cedit hunc
enim valet et ut pacti secundum Azonem. hoc vult ergo glo. per istam legem hoc probare
quod communis sua animo suo iudicis facta contra clericum sit inutilis et nulla de iure
si tamen clericus in illum iudicem consensit non potest contravenire quia consentiendo
videtur tacite pactum fecisse ut non veniat contra factum Et demum glo. subicit quod licet
huiusmodi sententia de iure sit nulla potest tamen eam ratam habere arg. extra de renunc-
iatione in dubiis ubi dicitur quod renunciationem que non tenet de iure potest Episcopus eam
ratam habere et hoc ergo usque ad illam partem. Sed contra hoc glo. vult innuere
quod communis clericus consentiat in iudicem secularem non suum non propter hoc cadit
a iure sicut si hoc faceret consentiendo in laicum extra c. Si diligenti Et hoc
placet Jo. an. qui dicit rationem diversitatis quia dum clericus eligit sibi iudicem lai-
cum offendit generaliter iurisdictionem ecclesiasticam. et sic totam xi q. i. placuit, ii
sed dum eligit iudicem ecclesiasticum non suum tunc offendit quo ad speciem
sui quia solum suum sui Episcopum. ergo magis punitur in suum ...

in secundo casu. De hoc autem quod dicit glo. quod episcopus posset ratam habere huiusmodi
sententiam que lata est in suum clericum per alium. Dicit Iohannes an. et videtur verius quod illa
sententia non potest sic rata haberi quia nulla fuit ab initio sed potest punire clericum
pena arbitraria et in hoc esset esset episcopus arbitrium servandum. Item si adversarius
fuit ignorans quod clericus subesset alteri episcopo. dicit Mas. sententia contra eum lata confirmari
habeat rata ut tamen puniat et applicet parti in quo condemnatus est et cum hoc
impleverit quia sustinuit suum episcopum etc. Deinde glo. opponit contra l. eam. de c. pulsatus
in q. in. ubi videtur dari etc. ut in glo. et in ea ibi dicit. ista sunt verba
illius canonis. pulsatus ante suum iudicem causam dicat et respondeat an
nisi suum si voluit taceat. ergo a contrario si voluit potest respondere et per pulsatum
intelligitur is qui in iudicium trahitur etc. Sol. Dicit solvit etc. De ut in ea
episcopus compellere clericos suos litigare coram alio iudice prorogando iurisdictionem
alterius in suum clericum delegando non potest ut dixit et in proximo. c. secundo.
in glo. ii. Vide etiam hic nota dicit. Et episcopus meus me invito non potest
me submittere iurisdictionem alterius alienius iudicis etiam ecclesiastici licet eam
suam meam me invito possit alteri delegare.

Proposuisti Terminatur sic si citatus ad causam postea mutat forum
in causa illa coram primo iudice respondere cogetur. Communis
divisio. prima ibi. porro. Casus in litteris Quidam subditus dicti episcopi
citatus fuit ad causam ad petitionem sui adversarii postea mutando domicilium aut
alio modo factus fuit alterius iurisdictionis. propterea quod intendebat iurisdictionem
illius episcopi illius declinare. Quesitum fuit quid iuris. Et dominus papa
respondendo dicit quod ille in causa predicta ius revocandi forum non
habet quod ab illo iam preventus. Sequitur littera. Cepit ita quod desiit esse de sua
iurisdictione puta mutando domicilium. alias non fuisset dubitatio si fuisset
accumulatio fori non sublatio secundum Io. an. revocandi i. declinandi. hic
enim loquitur de iure revocandi forum. et s. c. primo. loquitur de iure revo-
candi domum alio. s. a te vel etiam ab adversario qui fecit illum citari preventus
similiter b. de provincia non iniuste. Nota ex littera c. s. hoc quod sola citatio sufficit
ad hoc ut causa dicatur iniciata et etiam ut quis dicatur preventus ad standum
iudicio per litteram. Et facit hoc ad quod quod quis per solam citationem vinculatur perpetua
si quis trahit clericum coram iudice seculari. de hoc s. e. si diligenti in glo. sua
Secundo nota quod ad hoc ut citatio accipiendo operetur et causam iniciet debet esse
ultima. ibi a te ultime citatus. Et hoc nota Io. an. quod per frustratoriam citationem
non perpetuatur iurisdictio ad idem s. de elect. bone ii. in fine et facit hoc adducta
asserat. tunc cum non posset per illum actum non est perpetuata iurisdictio
Sed tunc occurrit dubium quam tunc dicimus ultimam citationem. dicunt quidam
quod requiratur citatio trina que est ultima ad constituendum quem contumacem in
principio litis de offi. dele. cum causa. et c. consuluit. Sed Io. an. dicit quod
sufficit una citatio prima secundum dyn. Nasonem. et hoc videtur verius secundum
Iohannem. quo ad casum capituli huius. s. ut causa dicatur iniciata. Sed ante
requiritur trina in contrario. Sed pro intellectu huius clarius posset opponi. videtur enim
quod mutatio fori inducit exemptionem a primo foro. cum privilegium superveniens
equaliter confirmat. ex i. q. i. s. frat. de simili. cum capella et liberat ab eo ad
quod quis tenebatur. l. in. de et antiquis et c. s. primo. et ff. de arbitriis
l. sed desingrevenius. et hoc est contra litteram et casum singularium Hostiensis textus
nisi negat hoc quod privilegium superveniens confirmat a primo foro sic et mutatio
fori Sed excipit ab illa regula causas inchoatas. in l. in quibus quis e
preventus quia quo ad illas non confirmat taliter et hoc vult littera sic talis

quero de exemplis quomodo quis dicatur mutare forum. Secundo quero quid erit
dicit de reo. Quid de actore si iudicio inchoato coram uno agit coram alio.
Ad primum de exemplis habes quo quis dicatur mutare forum. dicit Jo. an. ut quia
erat laicus et factus est clericus. de quo est de oblig. ad ratioc. c. uno. vel mulier
que nupsit viro alterius domicilii ff. de iudi. l. cum quedam. Item
in clerico qui factus est bigamus de biga. c. uno li. vi. Idem si clericus habens forensis
habet beneficium in uno loco cui renunciavit et abiit ad commorandum in alio loco ubi
acquirit aliud beneficium. et de aliis. In his enim casibus dicitur quis mutare forum
et fit de iurisdictione alterius et si conventus fuit citatione compellitur respondere
coram primo iudice. In primo tamen exemplo non procedit casus capituli secundum
plures. Quando videlicet laicus fit clericus. de tali enim non iudicabit a suo laicus et
hoc placet multis licet aliqui dicant contrarium. de quo late disputat Jo. andree
de oblig. ad ratioc. c. uno. Ad secundum quod quidem contrarium hic capitulum habeat locum in
actore. dicit speculum quod sic. pro hoc facit textum. et sic obstat quod exceptio prioris iudicii
ad hoc facit ff. de respon. dispendia li. vi. ubi dicitur si actor conveniat reum super
pluribus personalibus impetrat literas ad diversos non valent lre nec processus
eorum. Sic ergo si actor inchoato iudicio mutat forum nihilominus coram primo
iudice debet causam terminare reo non volente secundum specu. hoc tamen dicit id verum
si reus in primo iudicio non fuit contumax. Nam si fuit contumax in primo de illo
non potest excipe. ff. de iudi. l. apud secundum specu. et hoc facit re glosa
dans concor. dicit impetratorem et presentem in ordinariis et in delegatis fieri
per citatorem. Et in l. ibi si quis postea dicit illa lex si quis postquam in ius vo
catus est miles vel alterius fori esse cepit in ea causa ius revocandi
forum non habebit quod conventus et ibi ubi ceptum est iudicium ibi et finem
suscipere debet. Et ibi enim quod ponit casum in mulier conventa que postea nupsit viro
alterius fori iusserit et ut maior sit dubitatio intelligitur etiam de quo illo qui alias non
tenebatur ratione rei vel alterius fori coram primo iudice cudere secundum ratione domicilii
Licet de rectalibus brevis et ultima hoc dicit in summa Rollo in curia commorante
non competit declinatoria fori. posset tamen ex causa competere ius revocandi
domum. Sed speculum sic summat Romana curia est forum competens competens
clericorum ibidem commorante tamen aliquid competit ius revocandi domum. Et primo po. quinque
modos sortiendi forum. Secundo addit contrarium cum modificatione ibi circa hoc. c.
Casus in hunc significatur. Quidam episcopus apud sedem apostolicam commorans fuit a
suo adversario qui dicebat quod non tenebatur respondere cum propter hoc vocatus non fuit
nec ibi delinquit contraxit domicilium habuit nec possessio de qua conveniebatur erat ibi
¶ Colligo secundo illos multum delirare, qui propter mutacionem et variacionem statutorum et iurium nituntur redarguere iustinianum pretendentes ex hoc iuris scienciam esse imperfectam sed tunc fatuum foret medicum redarguere, qui ex sui industria scit eandem infirmitatem pro diuersis temporibus diuersis curare medicamentis et tum per vnam medicinam hoc fieri non possit quia quod prius medicina fuit hodie fortassis mortiferum est Sic fatuum est iustinianum velle redarguere, quod eisdem vicijs et hominum malicijs varia apponit iuris medicamenta, quia quod prius ex racione statutum fuit, hodie fortassis attenta hominum et temporis qualitate curandis vicijs aptum non consistit Sic igitur ex necessitate hominum statuta quandoque variari . ff de eg . sang et affi, non debet tum suis ...

¶ 3o prinilibus Noto hic causam quare propter calumpnie iuramentum viz ad vtilitatem clientularum ut dicit litera alia ponit glo iiij que dicit et cetera Est et alia causa ut timore iuramenti non sit inmemor salutis sue

¶ 3o Noto hic hoc non ...

valet consuetudo ut non iuretur de calumpnia, quoniam hic talis consuetudo improbatur

¶ Vltimo colligo hic in effectu, quod clienti in causis propriis iurant de calumpnia, ymmo possunt ad hoc personaliter citari . ff de iudi c . j . li vjo Et si dicitur hoc est contra c . j . de . c . vbi dictum est, quod clienti ad honorem iuramentum compellendi non sunt, sed possunt hoc officium alteri delegare

¶ Soluendo illud c . loquitur quando clienti agunt causas suarum ecclesiarum ut ibi dicit glosa amplius, hic vero dominum agunt proprias causas, et sic non est contrarietas et cetera de hoc eciam in glo iiij

¶ Et per ex predictis glo iuxte Quero circa literam c . hoc quod si clientus qui tenetur iurare de calumpnia, est absens per longam moram, et litigat per curatorem, quo iurabitur de calumpnia Glo soluit quod tunc dabitur curator bonorum et in hoc est glosa hic notanda dicit eciam quod possit dari ad illam litem deinde obicit et soluit, vt dicit glosa et in ea ibi sed pone Ista tamen questio non procedit in procuratore qui habet mandatum speciale ad iurandum de calumpnia quod tunc talis poterit et iuramentum prestare . ff . e . c . vlt . li vjo, licet pe tenuerit ut refert Cinus C . e . l . ij . non posse dari mandatum speciale ad iurandum, sed eius opinio falsa est dicto c . vlt . li . vjo deinde glosa obicit et cetera Glo vlt notat, et intelligi debet

de consuetudine lege reprobata
ut hic

Cum causam Ordinarie per curiam
ecclesie et universitatis de ca-
lumpnia iurare patet per hoc. supra de
testi. cum causam. Et est quod
inchoato processu huius cause
usque ad iuramentum calumpnie

¶ Casus in tempore quo inter ar-
chiepiscopum Ravennatensem ex parte una
et episcopum Faventie ex altera
questio vertebatur super villa
Lucii ac quibusdam aliis
iuribus, causa ista commissa
fuit quibusdam iudicibus
et quia ipsi in negotio non
procedebant, papa dedit partibus
in mandatis ut pro causa ipsa
ad sedem apostolicam procuratores
ydoneos destinarent. procu-
ratoribus itaque in presentia domini
pape constitutis, ipse papa peti-
tionem archiepiscopi fecit exhiberi
et ad eandem aliam responderi
factis quibusdam interro-
gationibus et responsionibus redactis
in scriptis, et lite legitime con-
testata, iuramentum calumpnie
fecit a predictis procuratoribus exhi-
beri. ¶ Secundum litteram aliis temporalibus
iuribus ville et Castri Arioli
ut patet supra de reprobatione licet
processisset quod dicitur secundum processus
non revocantes ad nos
negotium sine causa peti-
tionem, et sic archiepiscopus erat
actor exhiberi et proponi. supra
de litis contestatione c. uno. ca-
lumpnie. calumpnia est cum
quis sciens iniuste agit vel
defendit. ff. ad turpilia. l. i.
supra calumpnia supra i. o. an.

¶ Noto hic litteram de interrogationibus
ex qua littera colligitur quod et hodie
possunt fieri interrogationes in causis

¶ Item notat frater hic quod prius
porrigitur libellus deinde fiunt
interrogationes probat hec littera, quod
premittit de libello ibi peti-
tionem etc. et hoc ideo quia interrogationes
sunt preparatorie iudicii quia
premittuntur de hiis interroga-
tionibus. supra de confessis c. i.
li. vi.

¶ Item noto hic ordinem
iurandi de calumpnia, ut
primo iuret prius actor
probat eadem littera ibi petitionem
sic cum dicit frater intelligenda
litteram ibi ab ipsis procuratoribus
ut primo iuret procurator archi-
episcopi. Iste tamen ordo non est de
substantia iudicii, non tenetur tamen
iurare reus si actor iuret
de hoc in Speculo e. ti. § i v.
pone quod dicit esse dico, quod
iuramentum calumpnie non est de
substantia iudicii, quia potest tacite
omitti a partibus. supra e. c. ii. li. vi.
si dominus cogitur narratio debet
prestari et cetera

¶ Sed oppono contra litteram
videtur enim quod ista causa non po-
tuit agitari coram papa Racio
quia ut dictum est archiepiscopus
erat actor, ergo debuit forum
sequi reorum, qui erant layci
et ita coram seculari iudice
debuit ista causa agitari
dicit Jo. An. quod tunc vacabat
Imperium, et ergo papa successit
in iure. supra de foro competenti licet
ex suscepto. Vel forte isti
Faventini violenciam fecerant
archiepiscopo et sic potuit sub iu-
dice ecclesiastico conveniri etiam
cum sit hodie in tota Ro-
mandiola ubi est Civitas
Faventie est prior... ecclesie

p recognicionem Rodulphi re gis romanorum ut habetur in speculo de ressti presta cione §. romane re. / v ste quod est probentium obtentu et patet solucio

¶ Sed quia prelio effectus c. eius est quod isti procuratores de quibus hic in fine iurauerint de calumpnia ¶ Quero quo hoc esse potuit cum non dicat hic quod habuissent ad hoc mandatum, constat autem quod procurator non iurat de calumpnia, nisi ad hoc habeat mandatum, ut dictum est sepius in c. pterea Ad hoc dico verum esse, quod isti procuratores non habent ad hoc mandatum, sed tantum litteras de rato ut dicit littera hic est quod habent litteras sub nomine procuratorum in quibus promiserat constituentes habere ratum, quod per eas fiet Sed quod tunc potuit iurare dicit Io. an. quod isti tenebant locum syndicorum alias non iurassent sine mandato, sed in prelio et quod ut sic dicatur hic et in casu similiter dicitur procurator ecclesie et universitatis etc., et ita isti erant sindici qui iurant de calumpnia etc. sine speciali mandato ut dixi. c. Imperator Et quod dicit littera procuratoribus et non dicit syndicis, dicit Immo quod non est curandum de nomine Sed de modo constitucionis et condicione constituentis Et si ab universitate constitutus sindicus sit, sive appellator sindicus sive procurator Et si a uno domino et cum decreto constitutus actor est, quocumque censeat et patet, dicit eciam h. Immo

nota dignum quod Episcopus et platti et si non sint domini ut in de donacio. c. ij. tamen possunt constituere procuratorem sine decreto superioris, quod non est in alijs senciendum, quia regulariter procurator non constituatur a non domino. c. de procuratore petitis. hic fallit in platis ecclesie, quia habentur pro dominis quamvis veri domini non sint Sed procuratores dicto. c. ij. et c.

¶ Glosa prima ita soluit Primo notat etc. quod universitate vel collegium de utroque iure procuratorem constitui, qui iurat de calumpnia ¶ Ho. et litteris fort dicendo quanto, et utraque arguit ad negatiua et soluit contrarium Et in ca. ibi et talis procurator qui proprie dicatur sindicus ut d. dixi. Et ibi unde pt petere etc. hic est hic querere utrum detur dilacio ad deliberandum, quod aliquis interroga ut iuret de calumpnia, vel ut respondeat per iuramentum calumpnie Glosa arguit quod non, cum statim possit scire an credit vel non, et ita non est opus deliberatione, unde non possit dicere dubito secundum glosam, secus autem in iuramento de veritate ubi respondetur de scientia, et quia pt ibi dubitare, propterea ibi habebit inducias ad deliberandum Deinde glosa concludit contrarium in eo dum dicit quod etc. ubi de calumpnia iuratur datur tempus ad deliberandum, et verum est, quod debet dari, quod etc. h. glo. C. c. lxij. Et pt hoc tali racione deduci secundum Hostiensem quia licet debeat respondere de credulitate, tamen ista credulitas debet esse

informata probabili opinione
sed sine tempore informari non
potest quod teste. ¶ Item quia ratio
credulitatis ita pendeat si-
cud si dicat de veritate ut de
iureiurando eo versu in glo. si
et ita requiritur deliberacio
vel et circa hoc potest oriri inter
venire dubitacio, si negacio
applicatur facto de quo querit-
tur ut hic deducit contrarium ut
puta si interrogatur an
papa sedeat vel non, potest
dubitare, quia si di-
cam credo quod sic, essem per-
iurus, eo quod non habeo suffi-
cientem probacionem credulitatis
et ita locum habet dilacio
deliberatoria in hoc casu, de
inde glo. item quid de eo
contra etc. ¶ In fine est glo.
hoc intantum oneris et
non honoris, ut patet supra de capit.
ab eo contra etc. ¶ Glosa
ultima ponit viij vel x
interrogatoria, que fiunt ante
litis contestacionem, subdendo
quod generaliter ubicumque equi-
tas movet potest iudex
facere interrogatoria, et ibi
ante litem, dato super precio li-
bello, alij contra, de hoc in
opera de interrogacionibus
§ h. vers. sed nunquid, et ibi sunt
et alie interrogaciones plures
faciende etc. et hoc fit ideo,
quia per huiusmodi interro-
gaciones veritas inquiritur
et partibus providetur in onere
probandi. ¶ In fine ad finem
presumpcio contra eum i. de ac-
cus. cum dilecto etc.

Cum in causa ¶ Con-
tra mat-
rem quis pro aliud agendo cum
procuratorem, pro illum iurat de ca-
lumpnia si ipse agit, ipse
iurat corporaliter, sed non tactis
ewangeliis, ideo ponit pe-
nam non iurantis. ¶ Et ex
hoc patet quod due sunt ponende
in ibi pena etc.
¶ Casus in textu est sed
hic cum dicat, quo sindicus
habeat iurare de calumpnia
et que sit pena nolentis
taliter iurare, quia si fuit
actor cadit ab instituta
accione, reus vero habetur debet
pro confesso. ¶ Sequitur littera
et sindicum id est procuratorem de
hoc dixi in c. i. extra, quod sin-
dicus ipse est universitatis
actorem procuratorem, ut dixi
etc. in c. i. extra, et alibi, pro
illum dummodo habeat ad
hoc sufficiens mandatum ut
et ut l. i. lib. iiij, et sic perde-
nitur contrarium quod hic mo-
neri posset, quod si super e-
ligere litigare, confesso
in hijs capitul. que conti-
nebantur in libello secundum Goff.
et habet hoc eciam locum
in criminali, de hoc in c.
c. ij. § si vero penult.
¶ Nota hic primo non esse
differenciam quantum ad effectum
iuris inter sindicum et acto-
rem, quia hic pro eodem
capitur ibi sindicus et acto-
rem, de hoc in c. c. extra H
¶ Item nota quod procurator
episcopi iurat de calumpnia
sed hic est contra dominum habeat
mandatum, secundum Host. de
quo dixi etc., et est verum
licet alij hic senciat hic
opponendum, si dicetis, quod procurator
episcopi possit iurare de ca-
lumpnia sine mandato speciali
quod locum habet potest in ultimis
administratoribus in c. in prelatos

elegerit pro tempore potest ergo episcopus
in sindicibus litigare pro se ipsum nec
obstat in q. v. c. si, quia illud
verum est ponitur quod potest secundum Io. An.

H ista cum vero procurator sindicus actor
yconomus indifferenter accipiuntur
secundum Innoc.

actores nomina
eorum sunt quorum
ex delicto per-
sonarum

calumpnie secundum Jo. et C. ult. li. vio
¶ Item Noto quod persona publi-
ca que litigat debet iurare de
calumpnia siue litiget nomine
suo, siue alieno, probat lra
quia si litigat episcopus per
procuratorem, procurator iurabit, si
per se ipsum, ipse iurat. Et hoc
eciam dicit glosa prima regulariter
esse, quod tamen verum, si procurator habeat
ad hoc mandatum
¶ Item Noto hic speciale
episcopi ut non teneatur tangere
sacra cum iurat, ibi apponitur
tamen si non tactis euangeliis
etc. quod indultum est ob re-
uerenciam episcopalem, apponitur
autem id est anteponitur euangelia
iurati, quia presencia euan-
geliorum terrorem induat
et suffragium veritati impe-
dit. C. de iudi. rem non no-
uam. Sed nunquid hoc priuilegium
procedit in omnibus, ita ut
in omni iuramento episcopus non
teneatur tangere euangelium
iurando Jo. an. in c. i. de elec.
ut eciam glosa, pro hoc dicens,
tenuit quod idem in omnibus,
sed in nouella correxit se
dicens, quod solum in duobus
habet hoc priuilegium, scilicet in iuramento
quod prestat ut testis et in
iuramento calumpnie, quia
solum in istis duobus priuile-
gia pro hoc c. In aliis iurat
ut alii et hec opinio per
plurimos practica, quam
eciam tamen pau. de liaza in
Clemen. constitucionem de
elec. in principio
¶ Ultimo Noto pena no-
lentis iurare de calumpnia
quia actor cadit ab accione
reus pro confesso habetur etc. Inmor

est pena rei quam actoris sem-
per, quia reus non habetur
pro iudicato, sed potest dici eadem
in effectu, quia confessus habetur
pro iudicato in effectu. C. de
confess. l. una. Notat eciam
ipse semper hic verbum lre
dum dicit cadat et verbum
hic dicat que probat quod
hec pena non incurrit ipso
iure, sed quod sit opus sentencia, cum
possint tractum habere ad
futurum. Non cum incurrit
pena ipso iure, nisi quando
imponitur per verba de inesse
non trahibilia ad futurum
de hoc xxvi. di. de sero que-
si diligenti, et not. glo.
C. de iurisdi. omnium iudi. l.
in criminali, et hoc nota dig-
num. Et hoc eciam ponit glo.
ult. ad finem, quod huiusmodi pe-
na de qua hic imponitur
per sentenciam vi. dicit Jn fine hic
insurgit dubium circa hoc ‖ q°
¶ Quid si iudex noluit fer-
re sentenciam contra recusantem iu-
rare, et ita pereat in-
stancia iudicii, nunquid habebit
aliquam accionem ille, qui con-
tendebat cum recusante iu-
rare. Insuper si adhuc susci-
piat ille agere qui recusauit
agere, nunquid poterit contra eum
excipere reus, tu debes ca-
dere a lite, quia noluisti
iurare de calumpnia, igitur non
debes audiri circa contestationem
ff. de inofficio. testa. l. cum
si quis inpuberes, dicit
ad hoc ~~presens~~ Jnnocencius quod non
credit eum posse agere ut
excipere de recusacione iuramenti
quia ea que veniunt post litem
contestatam valde pertinent.

ad officiu iudicis. ff de edili
edicto l edilos § itē si in
Et neq̄stas est, ex malicia
litis litem oriri. C de fi-
tib; et litis expen l in
iudices hy tenentur, ex hoc
C de iudici l sanc̄ C de
pena iudi qui male iudi
l si Et quod dr̄ i glosa
litem ex lite oiri non de
be, intelligendū dr̄ io an
qn̄ negociu p̄ncipale termina
tum est vel sufactum, si
si non est determinatum ne
gocium p̄ncipale si forte
perijt p̄ncipale negocium ppt
interitum rei vel simile
causam, tuc bn̄ fert sñia
ppter accessoriu de quo hic
p io an. Alij hy dicūt q
ecl i iudicijs ff potit agi
vt cadat a lite rc. Cto
sa fa obicit et soluit, et
ibi quociens ubi de hoc
et dicat ibi de iuramento
Epi redemptis a sessimate
de hoc in spe. c. § pentt
v itm Nota In fine hoc
hy solucōs vi repugnaē textu
tui, qui volt q qui pse li
tigat, pse iuret Et go dr̄
ffram, q c. i. loquitur, qn
Epus agit in ea causa hic
qn in causa sua, tuc eñ cadet
ideo simile rc pz solucio

De dilacionibus

Continuacio Quia post materia
calumpnie, petuntur dilaco
tam ad probacōes, quam ad po
sicōes faciendas ideo post
rubricam de iura calump
suuittit rubrica de dila
tonibus, de materia rubrice
tractatur in q. iij. § spacium
et v q ij p totum

Oppono hy ad istam Rub.
cam, q sit cogrue situata
Racō quia poni debuit
an titulum de Judicijs, qr
qn reus citatur aliqua venit
da dilacō, vel salte debu
it locari post titulum de
foro cope, quia in prīo iudi
cij an litis cōtestacōm da
dilacōs ad deliberandum,
quare g̃o ponit ista Rubca
post Rubricam de litis cōtes
tacōe, ffram dr̄, q ideo
ponitur hic Rubrica ista
ad denotandum q efficaciores
sunt dilacōes, que dantur
in meritis, et magis nece
ssarie dantur, primo uni
sit, q ea dari deut in
prīo cause dilacōs ubi sci
endum sm Goff q quedā
dilacōs dantur an litis
testacōm, ut sunt dilacōs
deliberatorie alie post litem
cōtestatam ut sunt probato
rie, et que ad probandū deser
uiunt, ut sunt dilacōnes
et probacōs faciendas In
decretalibus hy istius tituli
non agitur, nisi de dila
cōibus que dantur an litis
cōtestacōnem sc c primo

Dilecti

Summa sm
ffram Si judices in citacōne
apponit terminum nimis bre
uem, licit licite appellatur
Et primo ponit, appellacōis
querela, sb p̃miso, rc ma
datum ibi quia u[illegible]
Casus in tanto Inter ab
batem et mōchas de h
ex una pte, et moniales
de le[illegible] ex altera super
quadam causa coram de
cano et archidiacono lincomiensibus

Dilacōs an litis cōtestacōm sunt citatorie,
deliberatorie, q dantur reo libello oblato
ut deliberet an cedat, vel cōtendat vel
iudicem recuset post lite cōtestatam, dantur
p̃batorie volenti probare post sñiam iudica-
torie, q dantur cōdempnatis rc

Io an sic summat Si dele
gatus terminum brevis tm̃ perem
torie licite appellatur ubi
non est necitas

a sede apostolica delegat questio vertebatur iudices predicti ad peticionem monialium citarunt monachos peremptorie, et quia nimis breuem terminum statuerant abbas et monachi timentes se adictis iudicibus posse grauari, eo quod prima vice terminum peremptorium nimis breuem eis assignarunt, ad sedem apostolicam appellarunt et dominus papa hijs auditis rescribit quibusdam iudicibus dicens, quod non spectat ad iuris ordinem peremptorium taliter maturare, et presertim cum agitur de rebus ecclesiasticis, nisi necessitas immineat, vnde mandat, quod si est ita quidquid factum est post illam appellacionem totum debeat in irritum reuocare, et mandat conueniencia formam litterarum in causa procede. ¶ Sequitur littera nos tamen. reos ipsi abbas et monachi ordinem qui seruandus est ibi. ut lite non contestata et i. vbi de hoc maxime quia idem in a litibus maturare modari in accelerando post litterarum tenorem precedatur prima roce.

¶ Noto hic primo quod agrauamine iudicis potest appellari etsi post appellacionem non precesserit grauamen reuocat a iudice grauante, hoc colligit hic Io. Cald. in addicionibus, et probat hoc littera quia isti citati, antequam venirent ad iudicem appellarunt contrarium, hoc vt quod not in c. cum in tem. §. de ap. ff. priori versus. §. de ap. si a iudice li vi.

¶ Secundo Noto huiusmodi contrarium quod propter grauamen licite quis appellat, eciam ff. si probato grauamus sit in arbitrio iudicis ad quem, quod est singulare dictum, et probatur quod cum dilaciones sint arbitrarie, respectu dierum assignandorum, tamen si post appellat propter breuitatem termini valet appellacio, cum tamen appellacio probacio, an fuit nimis breuis pendeat in arbitrio iudicis ad quem.

¶ Tercio Noto quod in arbitrijs iudex non habet omnimodam potestatem, nam si bene non arbitretur licite appellatur iudex namque suo arbitrio moderatur dilaciones, tamen si nimis stringit eas, licite ab eo appellatur ¶ Ideo hoc infero quod non quidquid permittitur arbitrio iudicis plene residet in eius arbitrio, sed intelligitur ad hoc facit arbitrio boni viri, ad hoc facit clemen. sepe de verbo. signi. quod intelligo verum siue arbitrium datur a lege siue ab homine, vt quando partes compromittunt, dantes plenum arbitrium, debet intelligi vt licite arbitretur, de iureiurando quintavallis, et propterea si arbitretur aliquid propter quod pars in modico leditur non valet, vt ibi nisi data esset potestas vt possit auferre de iure pari dando de iure vnius alteri ff. de arbi. l. si. diem. §. recepisse qua intelligo, quando id posse dari

Mandare vita brevem dale q[uest]io[n]es

fuit Et ob hoc in hiis que
dependent a gracia iudicis
secus, sicud in casu c. consulu-
it. de offi. dele., quia tunc
appellari nequit, si iudex
gracia[m] no[n] fecit, et sic debet
intelligi glosa. Immo
in c. finali e. ti. li. vi., tunc dicit
appellari non posse, de quo
in addi. specu. ti. de citacione
§ viso, v. sed numquid, et
hoc dignum nota
¶ Ultimo Noto quod prius quam
noscit de validitate appellacionis
quam revocet attemptata post
appellacionem ibi mandamus
quatenus si est ita revocato in irri-
tum etc. ubi prius demandata
congnicio, et tandem cassacio
¶ Sed oppono quod non valuit
hic appellacio, quia non dum
erant gravati sed timebant
gravari, ad hoc i. de ap. ut
debitus Solucio gravati sunt
ex brevitate termini ¶ Sed con-
hoc posset iterum michi oppo-
ni, quia licet terminus esset bre-
vis, non erant gravati, po-
tuit enim iudex alium terminum
peremptorium statuere ¶ Solu-
cio inter doctores Notant hic
tekstum que dicit copulative,
terminum sibi nimis brevem et
peremptorium statuit, et propter
hoc dicunt quod valuit appella-
cio, quia terminus erat perempto-
rius et nimis brevis Secus
si fuisset nimis brevis, et
non peremptorius, quia sic Immo
eciam plus terminus posset as-
signari peremptorius, ut hic fu-
it, nec gravat nisi sit
nimis brevis, Hostiensis tamen dicit
quod sufficit terminum esse nimis breve[m]

eciam non sit peremptorius, quia
omnis terminus habet vim perempto-
rii saltem ad hoc, ut non ve-
niens condempnetur in expen-
dentia quedam, unde ex so-
la brevitate gravatur pars
et ita potest propter hoc ap-
pellare, et hoc videtur verius
de hoc in spec. ti. de appella-
§ in quibus v. sed quem dicis
et sic patet quod sit dicendum
¶ Sed Quero numquid in Cu-
ria Romana citatus posset
appellare, propter brevitatem
termini, dicit Hostiensis quod sic
quia textus loquitur generaliter
Sed ponamus quod papa mandat
aliquibus ut convendaret Ti-
cio quod restituet ablata Seio
alias citarent eum ad Cu-
riam, delegatus, simul et
semel mandavit, ut restituet
alias extunc citabat eum
an valeat Collectarius dicit
Clemente contrarium pronunciasse
se quod non, quia debuit post
expectari contumacia non
restituentis, ut sic propter ea cita-
ri in verbo, alias citetur incipiat
post contumaciam in non resti-
tuendo etc. ¶ Glosa prima
querit et solvit Et in ca. ibi
arbitrio non tamen plene residet
in eius arbitrio ut s. dixi
Glosa secunda dat modum cita-
di ad terminum peremptorium, et
quod huiusmodi terminum peremptorium
iudex possit moderari Et
in ca. ibi primo per edictum
i. trina citacione, et tunc
non habet necesse exprimere hoc
verbum peremptorie xxxiiii q.
iii. de illicita ubi de hoc
in glo. magna Et hic

In fine secunde glose Et ucorio tamen
dicendum est nimis brevis arbitrio iudicis
quia dicunt citant locis, non potest ad
omnes unus terminus assignari etc.

adiutendum quod olim citatio ita fiebat trina, peremptoria dierum intervallum et tria dicebatur peremptoria, quia post illam solam non veniens contumax tabatur. si qui non venit ad primam vel secundam puniebatur in expensis. C. de iudi. l. sancimus. Sed hodie quandoque fit citatio uno edicto peremptorio pro tribus, cum certis temporibus intervallis ut in dicto C. de illiciata et hoc dicit glosa, et ibi potest modari ut si causa commissa est infra tempus circa finem... et timetur de lapsu temporis de offi. delega. consuluit.

Preterea. Confirmat dicit quod reus potuit per litteras citationis plene instrui, non habebit deliberatorias inducias, quia divisio sua ibi quia igitur.

Casus in textu. Accedens quidam ad sedem apostolicam proposuit per B. aliqua causa commissa est cuidam delegato. Ipse citat reum et in litteris citationis inseruit tenorem rescripti, ut reus eo viso deliberare valeat super eo de quo ab actore conveniatur. Reus in termino constituto, et libello sibi oblato, petit inducias ad deliberandum. Actor dicit quod non est audiendus, quia bene potuit deliberare, si voluit, in spacio dilationis. Quero quid iuris. Dominus papa respondit quod si reus ad iudicium vocatus potuit instrui super eo de quo convenitur, eo rescripto sibi transmisso, inducie deliberatorie non sunt ulterius ei concedende

si procede dat iudex in negocio sibi commisso. Sequitur littera rescriptum, id est tenorem rescripti probat verbum insertis quod sequitur, et cetera subaudi et citatus veniens petit libellum sibi offerri, et diem ad deliberandum concedi inducie etc. non negat libellum esse offerendum. Unde ibi sed super libello termino oblato lite contestata, et mandato presito procedendum est ut s. e. c. i.

Noto hic primum casum in quo scriptura reputata facit fidem, quia tenor rescripti quod est insertus in citatione est scriptura reputata, et tamen facit fidem, quo ad modicum preiudicium, scilicet ut afficiatur citatus. hoc autem forte ideo fit quia in hac parte stat litteris iudicis, de hoc in de proba. quoniam contra falsam.

Secundo noto hic litteram de inducijs deliberatorijs. Et dicit Innocentius de libel. obla. c. i. quod inducie deliberatorie adeo sunt de essencia iudiciarij ordinis, quod si denegantur, non tamen lite contestato, licet causa iudici commissum sit, quod inducias possit auger et minuere non tamen denegare, in quo in spacium esse intelligi in q. vel si. diffinitiva. Item summa not. eciam hic Innocentius quod inducie citatorie dantur tamen non commita, quod dantur a iudice absente reo cui dantur, hoc tamen non placet Franco, quod eciam parte absente fit commutacio summaria. C. ut lite non contesta. quam si quod si super et ibi dicit

Tercio noto hic quod delegatus

debet mittere copiam rescripti ei
quem citat. Ex hoc notant
quidam, quod citatus numquam tenetur
comparere coram iudice alias non
suo, nisi in citatorio exprimatur
causa quare. In dubio tamen
tenetur ire ut notatur in. de accu-
sationibus venientes et dictam .ii.
¶ Isto textu hic supplendus non
esse utendum, et ideo si tenor
litteras citationis potuit ple-
ne instrui non habebit delibe-
ratorias ut hic.
¶ Sed oppono contra litteram quod
etiam si copia rescripti inserta
fuit in citatorio, debent dari de-
liberatorie, quia per rescriptum non
apparet quam actionem inten-
tat ~~actionem~~ agens ideo male
disponit, videtur enim velle quod
inserta copia rescripti, non de-
beant dari deliberatorie. Ad
hoc dico secundum Hostiensem, quod quamvis
copia rescripti fuit inserta in
citatione, nichilominus dabuntur
inducie deliberatorie ut argumentum
probat, nec est contra litteram, quia
textus non vult propter hoc non dari
deliberatorias, sed vult quod tunc
non debent dari, quando reus per litteras
citationis plene potuit instrui
ut si libellus etiam esset inser-
tus vel in rescripto secundum quod ponit
glossa supra, quod rarissime fieri
solet hodie inseri copia rescripti
per quam constare possit reo de
iurisdictione delegati, et tunc
competitum ad dictum contra formam
rescripti, non daretur dilatoria
dilatio per hunc textum et c. pz.
¶ Sed contra hoc posset item
opponi, quod adhuc littera non
faceat mentionem, quia citatus
non tenetur comparere, etiam missa
copia rescripti. Ratio quia copia
rescripti posita in citatorio est
scriptura privata, cum non fuerit
confirmata publica tempore, constat
autem quod scriptura privata non
facit fidem in. de fide instru-
mentorum c. i. et ii. Ad hoc dicit Innocentius
quod huiusmodi tenor sufficit ad fa-
ciendum presumptionem pro iurisdi-
ctione delegati, ut reus affi-
ciat et compareat, alias si
non comparet poterit procedi ad
excommunicationem vel missionem
contra eum. c. ii. ii. et ita tue, et
ita communiter observatur. Et
ut concludam hic multa verba
Innocentius pono hic secundum eum
duas conclusiones. Prima conclusio
est ad hoc, ut ~~et~~ citatio affi- p^a c.
ciat citatum ad veniendum
sufficiat quod apparenter videatur
licita, et quod presumptive infe-
rat iurisdictionem iudicis citantis
et hoc si citans alias erat
iudex, propter id quod infra di-
cam de delegato cum citat
et in civitate nulle littere ad eum
emanaverunt. Ex hac infero
quod si ordinarius citat non sub-
ditum suum, quem dicit contra-
xisse in suo territorio, tenetur
comparere citatus, et idem si ex
primat aliam causam, propter quam
si vera esset citatus esset iudex
suus, sicud patet hic, quia
tenetur citatus comparere coram
delegato, quando ex tenore rescrip-
ti presumitur quod sit iudex. Et 40
ratio istorum quia prima facie
non presumitur quis calumpniator
cum quilibet presumatur bonus et
non dolosus, de presumptione
c. finali.
¶ Secunda conclusio quod si citatio 2^a c.
apparenter non est licita, licet
si ex causa latenti possit esse

allegatum sicut privilegium de rescripto
cum ordinem, alias presumitur non venien-
dum.

licita non tenetur citatus comparere
¶ Ex eo quod infero, quod si citatus
quis ad peticionem suam, quia as-
seritur suus in citacione, non te-
netur comparere nisi confirmat
causa specifica, licet enim pos-
sit esse casus in quo servus
posset agere, regulariter non
potest ¶ Idem si ad peticionem ex
communicati, qui asserit excommunicatus
non debet comparere citatus nisi
si causa confirmatur vel si
citatur ad locum inhonestum
et idem in similibus, et multa a-
lia exempla ponit Hostiensis immo-
de citacione non apparenti
Et sufficit secundum eum quod appa-
reat non licita vel ex tenore
re citatorii vel quia aliud sit
notorium citacionem non valere
Et si quis citatur ad locum
notorie non tutum, ut lite
non contestata, accedendo in Verum
si non notorie, tunc enim in du-
bio tenetur comparere ¶ Ex eo quod
concluditur infert Frater, quod si in-
dex citandus fuit impeditus
ita quod die suo non potuit
cognoscere non est citatus contumax
per hoc ff. de dolo. c. si ubi glo.
Et si dicatur potuisset dele-
gare, dico quod per hoc non tenetur
infertur contumacia respectu
eius quod venit iure ordina-
rio secundum Fratrem
¶ Sed queritur etiam hic ordi-
narius citat non subditum
expressa causa falsa, que si
esset vera citatus tenebatur
comparere, ut quia dicitur quod ibi
commisit vel deliquid, aut quod
consimile, cum tamen non sit ita
quid iuris Innocentius hoc sequitur
hac materiam hic satis diffu-
se colligendo tamen eius verba

distinguendo quia aliquando citatus
venit aliquando non venit Si
venit, tunc aut concipit de-
clinando iudicium et audi-
tur aut non concipit et tunc proce-
dit, et valet processus, et con-
firma et mandabit execucioni
per accionem in se eo quod re iudi-
cata secundum Innocentium et hoc per illud
Iudicium ubi habet bona de
foro competente postulasti Et
si medio tempore, iste veniens
qui non concipit de incompe-
tencia recedet illicenciatus
potest procedi contra eum sicud
alius contra subditum secundum
Innocentium propter racionem contuma-
cie vel ad sentenciam, si lis
erat contestata vel non contes-
tata, in casibus in quibus
potest omitti Si non citatus non
venit, tunc aut non fuit ap-
prehensus per citacionem, ut quia
non invenitur in loco, et tunc
contra eum non potest procedere
cum alias non esset suus iu-
dex, de iudi. at si. Ceterum aut
fuit apprehensus per citacionem
et tunc potest contra eum non
venientem procedere racione con-
tumacie vel admissionem
vel ad executionem Nec obstat
si dicatur quod non fuit verum
quod ibi commisit, licet forte sic
crederetur, quia de iure est
ut iudex citandus cognoscere
habet, an sua sit iurisdictio
ff. de iurisd. omn. iud. l. si quis ius dicenti non obtemperaverit, et hoc
propter contumaciam, potest ta-
liter puniri non veniens
¶ Sed super prima questione dicit
Innocentius quod procedere non potest
nisi primo pronunciet se iudi-
cem competentem, quo facto
procedere potest usque ad sentenciam si
erat casus in quo procedi poterat

lite no contestata Idem tamen
putat Innocentius, quando se non
permittit iudicem ut hic de
ducit ¶ Subdit Innocentius, quod nec
per hoc potuit obicere quod sententia
lata sit a non suo iudice
cum sit super hoc iudex, scilicet
quod cognoscat an sua sit iu
risdictio, et cognovit et sententiavit et
non fuit appellatum, sed
nec appellari ~~debuit~~ po
tuit, cum reus fuit contumax
in q. vi. c. i. sunt quorum Et
hec omnia que dicta sunt
locum habent, quando constat quod ci
tanus talis habet iurisdictionem
ordinariam, secus cum dicit
esse iudicandum in delegato
¶ Sed que sit ratio diversitatis
videlicet quare non eodem tenet
quod facit iudex delegatus
qui dicit se delegatum cum
non sit, dicit Innocentius quod iuris
dictio delegata certos et limi
tatos habet fines quos trans
gredi non licet Sed ordi
narius in suo territorio et in toto
eius et in aliis habet generalem
et liberam iurisdictionem, et
valet quicquid facit tamquam ipse
in sua dyocesi, sive sit de
dyocesi sive convenerit, dum
ad eum tamquam ad iudicem re
currit, quamvis causa alle
gata foret falsa, quod tamen
spetiale dicit notandum, Innocentius
in contrarium ad delegatum dicit
Innocentius quod si nulle littere ema
navit ad eum, non tenet
processus eius, qui asseruit se
delegatum cum non esset, quia
nec hoc casu potuit cognoscere
an sua sit iurisdictio, cum certum
sit quod non sit iudex Si non
alique littere emanavit li
cet false, fatetur Innocentius quod

etiam tunc possit cognoscere an
sua sit iurisdictio, dicto c. i.
super litteris, quod est dignum
nota Et potest esse ratio huius
quia quando nulle littere emana
runt, nulla subest dubitatio
sed quando emanaverunt, licet false
in dubio tamen permittitur ut co
gnoscat an sua sit iurisdic
dicto c. i. super litteris et sic patet
quid iuris de materia huius
questionis ¶ Glosa secunda
declarando litteram prosequitur
materiam dilationum tam in
civili quam in criminali actione
Et in ea ibi firmatos et tunc
locum habet quod notat Io.
in q. ii. in summa, ubi dicit
quod in criminali non dantur de
liberatorie, quia certum debet
esse reus utrum velit crimen
confiteri aut non, cum sciat
se reum, hoc enim verum est
dum in litteris citationis potius
quod reo obicitur, et ibi
deliberatorias habere alias habebit
super oblatione libelli Et
ibi Item spacium ubi in dandis
dilatoriis, quo ad testes et
instrumenta, attenduntur loca
de quibus adduci debent, et
secundum hoc dantur diversa tempora
Sed cum quod ea provincia pos
cuntur testes ubi lis agitur
tres menses conceduntur, si extra
dantur vi et cetera Et ibi in
pecuniariis ymo in omnibus
civilibus causis pro qualibet
causa necessaria tamen unica di
latio datur, et una ad de
liberandum, una ad respondendum
et sic de aliis Sed in criminali
pro qualibet necessitate dantur tres
dilationes reo, due actori ut
dicit glosa ff. c. l. ult. hoc
est tamen dicere quod in criminalibus

Et ibi etiam sive ce cognoverit sed hoc est tamen dicere
quod si in causa ~~criminali~~ civili data est una dilatio
puta ad respondendum non est danda alia ad idem nisi
forte ostenso quod ille cui data fuit habuit legitimum
tempus quod non potuit facere id quod debuit in termino
sibi assignato

causis per quolibet impedimento
dabuntur .i. due dilaciones accu
satori, et tres reo sine cause
cognicione, hoc est sine impe
dimenti probacione secundum Goffredum
dicit per singulis causis singu
las dari dilaciones .i. pro singu
gulis impedimentis Et ff. de
ferijs l. ult. Et racio diu
sitatis inter civilia et criminalia
lia, quia sollempnius proceditur
in criminalibus quam in civilibus
et cum maiori deliberacione
propter maius periculum etc.
sequitur alia decretalis

Littere domini quem licurum
ita firmat propter
declaracionem libelli per quam na
negocij non mutatur nove
~~dilacio~~ deliberatorie non dabuntur
in prima ponitur consultacio in
secunda responsio ibi nos igitur
Casus in terminis Inter
archipresbiterum sancti petri
et aquile de urbe et quosdam
dam nobiles a. et b., coram
Episcopo florentino questio ver-
tebatur, super pensione quarun-
dam possessionum Archipresbi
ter, nomine ecclesie sue obtu
lit libellum predictis nobili
bus continentem, quod pensio de
quibusdam possessionibus
pertinentibus ad ecclesiam suam
ipsi ecclesie soluta non fuerat
tribus annis, et ultra dicti
nobiles pecierunt ut expli
caret, quantum spacium per
hanc dictionem, et ultra sig-
nificare volebat Archipresbi-
ter id declarans, expressit
quod vij annis fuerat in solu
cione dicte pensionis cessa
tum Sed quia dicti nobi
les dicebant per huiusmodi expres
sionem libellum esse mutatum

Ideo petebat inducias novas
ad deliberandum, et quia dene
gabantur eis dum ad sedem
Apostolicam appellaret Et
dominus papa appellacionem
huiusmodi frivolam reputans
mandat Episcopo, quatenus ea non
obstante in negocio procedat
iuxta formam continenciam
litterarum Ecce litteras urbe
Romana, quia appellacione
urbis Roma intelligitur ff. de
verbo. sig. urbs, sicut cum dicitur
Apostolus paulum intelligimus
per Antonomasiam, sicut nota
ff. de peni et remissione sufficit
de possessionibus .i. que ecclesie
debebantur racione quarun-
dam possessionum, quas nobiles
detinebant denegasti et
bus litterarum et sic procedebat
non iure ordinario, secundum deleto
Noto hic primo, quod prelatus
agens pro ecclesia sua, debet ex
primere in libello, quod nomine
ecclesie sue agit ut iste fecit
et probatur hoc supra .ij. de fide
instru. inter dilectos, alias si non
exprimit presumitur agere nomine
suo, et non ecclesie, quod tamen
dicit contrarium, si exprimit non
contrarium, de testa. requisisti Ge
de supplenda negligentia prelatorum .ij. appellatum .vj. de offi. de
le. cum Abbas, tunc enim etiam
presumitur agere nomine ecclesie
secundum contrarium quod nota
Secundo Nota hic quod verba genera
lia non viciant libellum
licet reus possit petere ea de
clarari ut hic Gofredus hic infero
quod iudex non statim debet
repellere libellum, propter hoc
quod in eo ponitur verbum
generale sed magis debet iungere

Hodie sic in prima parte appellacio
In secunda deceptio ibi nos igitur

Nove dilaciones

ut pro declarat, et hoc facit
contra multos
¶ 3º Noto hic quod declaratio
non dicit immutare formam
eius sive naturam, quod
declarat, ut hic. et ff. de
testa. l. heredes palam, et
propter hoc ob declarationem libel
li. non dantur alie delibe-
ratorie. Item notat hic
Franciscus quod hec adiectio et ult-
imultu operatur posita in li-
bello, quia potest trahi pro dicto
rem ad plus, quod sit petitio
hic cum trahitur ad pensionem
minor annorum, et petitum
erat de flius, de hoc tamen
statim dicam
¶ Item pro clariori et finali
intellectu c. huius, et eius pro
expeditione fine Oppono
contra litteram et notabile ulti
mum, videtur cum omnino quod
hic debuerunt dari none
inducie, quia declaratio fuit
facta super maiori quantitate
annorum, quod fuit expresse
petitum, ad hoc facit ff. de
exceptione rei iudi. l. cum queritur
et l. tu de hoc, per quas le
ges videtur quod si non de
clarasset, sicut supra primo li
bello, nichil profuisset quo
ad istos minor annos, cum
hec dictio ultra. ad modicum
refert ff. de verbo signi. l.
hec dictio Item videtur quod
hec adiectio, nichil operatur
per legem si quis in suo, cum
ibi notatis C. de inofficioso
testa.
¶ Solucio hic arguit inquit
pleniorem intellectum litterae c.
huius Advertendum est ergo
quod hoc c. legitur duobus modis
primo secundum glosam sic. Et

intelligatur, quod iste archipresbiter
agebat contra Nobiles ut
pronunciarent decidisse a iure
suo, quia non solverat canonem
non per triennium et ultra, ita
quod hec dictio, et ultra fuit
de superfluo addita, cum suffi
ceret biennium exceptio, quia non
solvens pensionem per biennium
de re ecclesiastica in emphiteo-
sim date cadit a iure suo
ff. de loca. c. penultimo et sic ista
declaratio facta de ista dic
tione et ultra superflua fuit
ad quandam intencionem, cum
ex sola cessacione per biennium
debuit, iudex restituere rem
isti nobili Et propter hoc eius
non tenebatur iste archi
presbiter ad talem declarationem
quia probato quod per triennium
vel per biennium cessaverit a
solucione pensionis habuit
intencionem suam propter quod eius
propter huiusmodi declaracionem non
debuit dari none inducie
Et istam litteram ponit glo
sa quia hic inducias In di
glosa Et in ea ibi in con
tractu emphiteosis Emphiteosis est
contractus melioracionis, ut di
cta a multa conceditur
alicui ut eam excolat et
melioret, faciendo ipsam
fertilem, et tandem ea u
tatur, de ipsa annuam pen
sionem solvendo, Unde in tali
contractu transfertur utile do
minium retento directo, et
naturalis possessio retenta
civili, de quo plenius hic
recitari. ff. de loca potuit
Et ibi et ita per michelo
petebat determinacio
quia agebat contra Nobiles

ad hoc ut pronunciaretur cecidisse a iure suo, hoc vult glosa et iste intellectus communiter practicatur.

¶ Sed quia ista lectura videtur diminuta, eo quod textus non exprimit, ad quid agebatur contra istos nobiles. Item quia tunc decretalis ista esset omnino de indubio, cum satis clarum sit, quod emphiteota non solvens pensionem per biennium cadit a iure suo. Item non videtur presumendum, quod si hic ageretur ad revocationem bonorum, quod agens narrasset de triennio, quia suffecisset dicere de biennio. Et ideo alia lectura ponitur a quibusdam, qui dicunt, quod hic [illegible] agebatur ad pensionem, ita quod pensio subtracta biennio petebatur, quam lecturam glosa etiam tangit circa finem ipsius. Et secundum istam lecturam quam hic sequitur, ffran. ponit singularem casum viz. istum, quod propter declarationem libelli generalis et ambigui ponit in libello non dantur indutie deliberatorie etiam si in declaratione exprimatur maior quantitas quam esset petita in specie. Istam tamen lecturam improbat glosa ibi Sed non ubi vult, quod si hic actum fuisset ad hoc ut pensio subtracta tribus annis et ultra restitueretur, tunc tamen petita fuisset generalis declaratio illius tamen ultra et expressione facta dari debuissent indutie deliberatorie, si super primum libellum deliberare non potuit, et idem sentit hic Hostiensis. Sed Innocentius tenet contrarium et eum sequitur collectarius et ffran. dicentes quod nec tunc dari debent deliberatorie, ut hic deducit ffran. Nam cum agitur de facto rei et asserit actor quod cessavit tribus annis et ultra, debet reus esse certus, de quanto ultra sit proprium factum; ista tamen ratio non procedit ubi reus successit in ius alterius, de regulis iuris qui in ius. li. vi°. Item licet factum positum non presumatur quis ignorare si sit proprium, neglectum tamen et tempus neglectum non sic presumitur scire secundum Io. de lig., cum prudens persone non moneat sensum. ¶ Tenendo ergo istam lecturam singularem obstat contrarium quo dicitur, quod dictio et ultra ad modicum refertur. Ad hoc dicit ffran., quod ista adiectio et ultra aliquando refertur a ghentibus, et ut sic ad modicum refertur, ut in lege hec adiectio, et tunc illud modicum intelligitur arbitrio boni viri. Aliquando refertur in iudiciis, et tunc aut partibus et ut sic potest extendi ad omne quod est de natura petitorum etiam si maius sit expressum probat hoc lex, ut tunc fiat interpretatio in commodum agentis et proponentis ff. de iudic. l. si quis intentione et ii. de resti. spolia. cum ad sedem ubi dicitur. ¶ Sed si profert a teste michel operatur penitus vacare, quia dictum testis debet esse clarum, ii. de testi. cum clamor, et hoc nota dignum pro hoc enim non recedit, quod si testis producitur ad probandam prescriptionem, et probat possessionem xxxix annorum, et ultra non infert prescriptionem immo si testes dicunt per ...

no. de adiectione
et ultra

quod in l. hec adi.
tamen C. et ult.

et ultra, nichil opat hec
adiectio et ultra dūt pfer
a iudice, et idem ddm quod
in teste, quia sñia iudicis
sicut et dcm ~~testis~~ testis, dz
esse certa. C. de sentencijs q
sine certa qnti. l. j. et ij. et
ff. de vbo signi. in hijs hec
ffram. ¶ Ergo hoc patz solu
to contrarioru, patet eciā q
ista littera sa hēt pbabili
tatem ffam qua ex lra a
hui9, hēmo singlarem cam
viz q ppter declaracom dbi
gualis et ambigui posti
in libello, no dari none
delibatoie, eciā si i decla
racione ex sñia maior qnti
tas, qm sit petita i spē
Et ex hoc ecciā hetur, qd
hec adiectio et ultra posita
i libello multu opatur, qr
pt p actorem trahi ad ph
qm sit petitum expsse ut
qr, scd̄s dum ponit in
dicto testis Vel in sñia ut
pdixi et hm de isto

Exposuit Cum a tc

Si post
vocatam ad causam, reus
p publica utilite vocatur
ad Curiam, elapso termino pemp
torio, et reus nouas indu
cias obtinebit, hēc est hm
dicē, q absolue ab illa ci
tatione, et dabit ei noue
inducie, de eodem fto lo
quitur. C. de mato et obe
c. si. ff. de dolo c. fi. Et
hmo ponit dux citaco Bur
degalen archiepi, vna non
psonalis scz prima, et alia
psonal z comparicio in sa
Et sup prima disputacio. 2o
sñia ipe absoluens a prima

disputacio 2o sñia pape
ibi vos igitur
¶ Casus in tenuis inter Bituri
cen et Burdegalen archiepos
questio vtebat, sup iure p
macie ppa citauit Burdegalen
~~archiepm~~ archiepm ut admitend
quadragesime, ipse vel ydo
neum responsalem ad pncia
suam, accederet, quem tum
pemptorium sibi assignauit
Bituricensi archiepo sup iure
pmacie responsurum, p9 mod
ud dictum Burdegalen archi
epus pro subsidio Ecclie
Romane vocatum ad pnciam
ipius domini pape psonalit
accessit Quo ibi constituto
dictus Bituricen archiepus
in Curia constitutum postulat
instanter Vt papa in negocio
pmacie pcedet Et archiepus
Burdegalen ad ppa rediens
quedam constituit pcuratorem
qui saluis excepcionibus s
et competentibus in respondendo
et defendendo omnia faceret que
ipemet Burdegalen facere
posset ¶ Fecit itaque Bituri
cen archiepus ut dictum pcur
responderet eidem pcur dicto,
excipiendo pposuit se ad hec
non teneri, quia p alia cā
scz p publica utilite dictum
Burdegalen vocatum pt absente
reputari debuerat, et pui
legium domini reuocandi ha
buisset Et q nondum eciā
sup hoc deliberaverat, cum
suffraganeis suis z alijs
quorum consilium tam ardua
causa requirit, nec habuerat
tempus, in quo ad utrumque
negocium potuisset esse patus
Ex adūso fuit responsum q
cum ipe Burdegalen, fuis

vocatus fuisset super quibus pre
missa, nec fuit intencionis ipse
suum mandatum per partis revo
care, et insuper tamen ~~[illegible]~~ tempus
habuit quod bene potuit delibera
re, super utroque negocio Et
dominus papa de consilio fratrum
suorum dilacionem sibi adhuc
concessit usque ad festum nati
uitatis domini, tunc proxime affu
turum Ut extra et c. decidi
Item quod fuit citatus Burde
galensis archiepiscopus prelato ad se
inde, tunc vero futuro, assig
nandum super tunc vocatus
tempore discordie orte inter
Gregorium et fredericum, de qua
c. dere inde ad aplice legio
penitus pro eo iusta et
necessaria causa, fuisset de
hoc c. de foro compe. c. si ad
utrumque scilicet ecclesie Romane et
negocium quod habet adversum
archiepiscopum bituricensem patet
quia pluribus intentum est
uos quod c. presbiteros tu quibus
non tamen sequitur, quod ergo cum
omnibus [illegible] c. intendere
sim alb et c. decidit quo
qua diceba per hoc dilacio
nouam non dandam, dila
cionem ut appareat non utre
spondeat

Noto hic primo quod archiepiscopus
potest esse primas, super alios ar
chiepiscopos, nam hic archiepiscopus
bituricensis agebat super
iure primacie, et ita cum
auditus fuit, patet quod huiusmodi
ius cadere potuit in eum Et
de primate habetur c. de offi
cio ordinarii duo sunt, et ut ibi no
primas et patriarcha sunt
eadem dignitas, quibus nomina
diversa

2o Noto quod papa citat quos
clericum personaliter qui vult
maioris in subsidio Romane
ecclesie
3o Noto, quod qui est in curia
pro causa necessaria habet ius
revocandi domum de quo
iure dixi c. de fo. compe. c.
si ubi de hoc solet recitari
4to Noto formam procura
torum ibi saluis exceptionibus
etc., et sine isto, quod dicit
in respondendo et defendendo, non
fuisset sufficiens procuratorium
c. de procura. accedens Item
noto hic, quod si due dilaciones
concurrunt, forcior tollit mi
norem eciam precedentem, et ergo
hic dilacio, que data erat
isti archiepiscopo ad parendum
coram papa pro publica uti
litate, tamquam forcior, sustulit
aliam precedentem, que data fuit
eidem archiepiscopo, ad comparendum
ad instanciam archiepiscopi Bi
turicensis super iure primacie
Et idem dicit ffrancus, esse in
duobus preceptis concurrentibus
quia preceptum maioris per
tollit preceptum minoris eciam
precedens ff. ad Silanianum
l. si quis c. de ap. cum pari
Item noto quod interest sub
ditorum, ne ipsorum superior
alteri subsit, et ideo hic ar
chiepiscopus super sui subieccione
deliberare, volebat cum suis
suffraganeis Item noto
quod in arduis causis prelatus
non solum Capituli, sed tocius
dyocesis vel provincie consilium
debet requirere, probat hoc
litera in verbo suffraganeis et
in verbo aliis et ponit glo
sa ulti. hoc tamen vim, quando
causa concernit non solum

platos, sz etiã eorum subdi
tos, sicut hic, quia intere
rat subditorum no habe
plures platos, ad hoc go
facit regula, qd omnes tan-
git, ab omnibus approbari debet
de regu iur, li. vj.
¶ Sed commendo literam
oppono primo vi eiu qd
Burdegalen archiepus non
debuit hic citari ad cam
istam, quia hic no agebatur
de interesse Burdegalen
archiepi hic et eu agebat
utrum Bituricen esset p-
mas in provincia Burdega-
len, vt aut qd p hoc m
diminuebat de iure archi
epali, cu aliud sit ius p-
matis aliud archiepi
¶ Solucio intererat Burde
galen archiepi hic primo in
hoc, ne subditi sui grava
rent, quos tenet defendere
quibus eciam bonum est, non
here plures platos. Item
eius intererat, ne plures
superiores haberet, ne viz alius
excepto papa, esset sibi
superior. Et ista racio hic
Innocencius est, quia interest
domini subditos here locu-
pletes in auten vt indi
sine quoque suffra § cogita
cio ¶ Ex his go tollitur
sup iure primacie mota hic
poterat eciam iste archi
epus, cum hoc ius alter
no habebat in sua provincia
zc patz. Item quia hic in
prali effectu c. dici quod
post ham citacionem ad cam
prima fuit sublata, contra
hoc posset eciam multo opponi

vi eiu qd sa citatio hic non
debuit preiudicare prime sed
potius econtra, cum in sa
papa no fecit mencionem de
prima. c. de rescp. ceterum
ubi dicitur hic rescriptum, non
preiudicat primo, nisi de ipso
faciat mencionem ad hoc dt
Innocencius qd c. ceterum alle-
gatu in grra, non tangit
casum huius c. illud eiu
loquitur, qn super eodem
fco vel re plura rescripta
impetrantur, tunc eiu hic
non valet, nisi expresse
revocet primum, ista autem
decretal loquitur de diversis
mandatis, et super diversis
negocijs factis sine impe
tratis in quo casu debet
si pt ambo mandatarius
implere alioquin id imple
dz qd maiorem festinacionem
exigit, et ubi e maius pe
riculu. ff. de ferijs, l. ij. et
dixi. c. i. in no li quito in hoc
go casu mandatum hic p
iudicat primo, quum de ipso
no faciat mencionem, quum
aliud sit in rescptis zc patz
¶ Sed adhuc remanet
dubiu Quare no imputat qd
hic archiepo Burdegalen
qd non misit procurem in
Curia ad istam causam, tu
hic dimisit procurem ad alia
negocia, dicit Innocencius, qd ei
non debuit hoc imputari
primo ex eo, quia habuit
ius revocandi dominus, na
ut dixi. c. i. de foro compe
tenti, quicunque accedit curi
am ex causa necessaria vt
iste, habet ius revocandi do
mum ita qd ibi pro illa vice

pendente causa natalium coram
iudice ecclesiastico, questio here
ditatis per secularem iudicem
inchoari non debet Et primo
narrat petitum 2o prouidet
circa futurum 2a ibi quia
uero

Casus in textu Mortuo
Comite Campanie sine
prole Regina Cipri dice
bat quod debebat illi succedere
in Comitatu, tamquam pro
quior Quidam aliud hic
intelligens accessit ad do
minum papam proponens quod cum
ipsa Regina non fuisset de
legitimo matrimonio nata dicto

Comiti succedere non debebat
si ipse, quod paratus erat probare
in presencia domini pape Ceterum
supplicauit domino pape ut
demandaret Regi Ffrancie
ut si forsan dicta Regina
Cipri super successione Comi
tatus predicti coram ipso pro
uenerit questionem non audiret
eandem donec causa natalium
ex qua questio principalis de
pendet fuit terminata Et
dominus papa hoc non distu
lit adimplere Mortuo ergo
Rege Ffrancie cui papa ipsa
mandaret, mandauerat, suc
cessit ei Leodicus filius ipsius
unde papa scribit eidem super
eodem negocio, credens
prudenciam eius non latere
causam natalium dicte Regi
ne que ad forum ecclesiasticum
pertinet ad examen ipsius de
delatam, licet papa velit
predictam Reginam in suo iure
fouere, sed quia antequam causa
natalium terminata esset, inci
pere causam successionis ex
illa dependentem, nichil
aliud esset, quam negocium
ipsius duobus processibus intricare
et ordinem iuris perturbare
Et ideo si ab illa Regina fuit
requisitus super hoc paciencter
expectet donec causa na
talium fuit per sedem apostolicam
terminata Sequitur la incipe
secundum quem lecturam que dicit
quod questio natiuitatis incidit
coram iudice seculari, coram
quo petebat hereditas, ex quo
intrat hoc verbum incipe. i.
incepta prosequi de quo dicam
infra

Noto hic primo quod in iudicijs

vitanda est intricatio et confusio ad hoc facit l. de sen. co. lo, ut alia de vbo sign. cum olim
Tertio Noto ordinem iudicii non esse turbandum vt hic primo si ordo iuris ibi id habet ad hoc fundamentum est ordo iudiciarius C. de iuris causam vbi de hoc singulis textibus Si enim papa mandat iudicibus vt per partes vocatis testes recipiant et in cause cognitione procedant, iudices non debent sed ordinem iudiciarium seruare et tandem testes recipere vt ibi Item noto hic prin. lit. quod causa natalium preiudicialis est ad causam successionis, quia nisi quis legitimus fuerit, succedere in bona patris suis non potest ideo ca natalium primo debet tractari quam ca successionis
Item colligitur hic quod causa natalium pertinet ad forum ecclesiasticum de hoc in I glo. Item quandoque due cause sic se habent quod sententia lata in una preiudicat in alia illa dicitur dependens cui preiudicatur et sic causa successionis dicitur dependens a causa natalium probat hoc littera c.
Item not. hic ffran. quod preiudicialitas non impedit ipso iure quominus super vtraque causa procedatur, sed est necessaria exceptio, et hoc dicit multum esse notabile, et probat hic verbum requisiti de hoc est glosa notabilis ff. de cens. l. si mancipium. §. si quis dividendo. quod tenet et Barto in l. si aut ff. de concepto Item

colligitur hic quod super incidenti est pronunciandum, et hic sunt quedam leuiam quia questio natalium fuit hic incidens et super ea pronunciatur, ibi applicato iudicio finem accepit non cum accipit finem in sententiam, que est finis processus de remedii per totum processum de remedi per totum
Sed hoc ideo hic procedit quia causa natalium in hoc casu est tale incidens de quo iudex principalis cause qui erat laicus nec expresse nec tacite potest pronunciare vt dixi in c. i. alias sufficit pronunciari super principali vt ibi est dictum etc. Quia hoc continet materiam per titulum, ideo pro studio clariori intellectu primo oppono primo contra hoc quod hic dicit causam natalium tractandam in foro ecclesie, vi enim quod ista causa tractari potuit coram rege vbi erat mota causa principalis successionis quia de successione cognoscere laicus potest coram laico
Item ut dicit lex. si quis aliberis ff. de liberis agnos. de ca natalium
Item 2o contra hoc quod dicitur causam natalium prius tractandam arguo sic, vi enim quod vtraque questio viz tam natiuitatis quam successionis possit simul tractari, sicud quis proponit simul plures actiones et diuersas, vt vi bonorum raptorum et furti ff. de vi. et vi ar. l. i. §. si fundum C. de iudi. dilecti
Ad primum dico, quod tractatus de ca natalium tractanda coram iudice ecclesiastico procedit cum

queritur an quis sit legitimus
i. de legitimo matrimonio, de hoc
cum non cognoscit laicus. Et
est ratio secundum Innocentium, quia
quod deus coniunxit homo
non separat, ergo pronunciare
matrimonium non fuisse inter
coniunctos est solius dei et
illius, qui vices eius gerit
in terris, qualis est iudex
ecclesiasticus. Si autem queritur
de causa natalium, an quis
sit filius aut non, de hoc
potest cognoscere laicus ut
in secundo. Ad secundum dico quod ali-
quando due questiones sic se habent
quod una preiudicat alteri, et
tunc non dividuntur, sunt tractande
ut habetur, sed preiudicialis prius. Ali-
quando vero una non preiudi-
cat alteri sed sunt diverse omnino
et tunc possunt simul tractari
ut in secundo et sic patet solutio
¶ Sed adhuc remanet hic

Dubium

dubium, quare hic papa man-
davit regi Francie in causa
successionis expectare quo-
usque causa natalium fuerit
terminata et sedem apostolicam
videtur cum quod ex quo papa co-
gnoscebat hic de causa na-
talium, que erat preiudicialis
ergo rex debuit cognoscere de
hereditate tamquam dependente
et accessoria sicut de dotali
virum de preiudiciis, et ita
non debuit mandare ut
rex expectaret, sed ut omnino
in causa cessaret cognoscere
¶ Ad dissolvendum hoc du-
bium advertendum est quod hoc
c. secundum Vincentium legitur tribus mo-
dis hoc est habet tres intel-
lectus primus est quod questio

natiuitatis mouebat coram
iudice laico scilicet rege coram
petebat hereditatem, ista lectura
est quod, et secundum hoc verbum
incipe in litera ponitur pro
exponi i. incepta prosequi
ex quo prius questio succes-
sionis inceperat
¶ Alius intellectus ponitur
secundum Innocentium qui dicit, quod causa
successionis non fuit hic
mota coram rege sed legitimus
heres Comitis defuncti ti-
mens sibi moveri questionem
super hereditate prevocavit regi-
nam principaliter super causa
natalium coram papa forma-
do libellum sub hoc teno-
re Pater beatissime cum pater
meus non fuit legitimus maritus
talis domine de qua generat
tlem viz reginam Cipri pe-
to quod iudicetis eam non fuisse
se legitimam ipsius filiam et
hoc ad pape stat verbum incipe
¶ Tercius sensus est quod in
modum replicationis propone-
batur quod natalium ut cum
ago petitione hereditatis con-
tra eum, ipse excipit quod est
heres legitimus quia filius. Et
ego replico quod sit illegitimus
Dic et hic potest fieri. Et dico
isti intellectus sunt veri sed
primus tamen est magis verus. Et
secundum hunc dicatur quod ideo
hic papa voluit pronunciare
super accessoria sive depende-
ti tamen super hereditate, quia
preveneratur laicus et ratione
preventionis non debuit nisi co-
ram eo homo successionis
terminari. Item potest dici quod
aliquando causa successionis de-
ducitur incidenter, et tunc

cognoscere possit iudex ecclesiasticus
aliqua causa successionis de-
ducit principaliter sicud hic
viz coram rege, et tunc licet
sit dependencia in effectu
tamen non cognoscit ecclesiasticus
quia non est omnino accessoria
etc. et per hoc patet solucio
et littere intellectus. Ideo quia
in effectu tamen hemus quod con-
tempto nativitatis obstat
petenti hereditatem et debet
prius terminari, quia hoc con-
tingit ordo congnicionum
¶ Ibi ecia lectum c. huius.
q° Quero primo ponendo quod con-
ventus coram laico excipit
de clericatu nunquid suabitur
idem ut in natalibus, dico
quod sic ut in c. si iudex de
sen. excom. li. vi°
q° ¶ Quero secundo nunquid laicus
possit prefigere terminum partibus
in quem expediat causam
natalium incidenter coram ec-
clesiastico, dico quod non sicud
iudex a quo non statuit ter-
minum ad finiendum appella-
cionem de qua insinuatur, potest
tamen statuere terminum partibus ad
comparendum sicud iudex a
quo statuit terminum partibus
ad se presentandum de qua supra
nadi et c. cum sit Romana
Ubi ergo si iudex ecclesiasticus
est negligens superior eius
prefiget terminum sibi innocentem
¶ Ultimo ecia ista materia
concludit hic Ffran. quod
iudex ecclesiasticus potest inhibere
seculari ne se impediat
in ea pendente coram ecclesiastico
causis inter laicos, quod probatur
per librum pacientem exceptiones
Decimi extra quia iudex

laicus non potest sic inhibere ecclesiasti-
co, sed hoc debet fieri per superiorem
ecclesiasticum de excep. c. ij
li. vi° etc. ¶ Glosa secunda
distinguit cum due questiones ci-
viles sunt preiudiciales aut
alia que est incidens, et
tunc quecumque civilis incidit
de ea est semper cognoscen-
dum. Et in ea ibi pronuncian-
dum per iudicem ecclesiasticum
ut hic et hoc verum cum in questione
nativitatis incidit aliquod du-
bium circa matrimonium, an fuit
legitimum aut non sicut supra ideo an
alias non et ibi dicetur satis
et in Specu. de incidentibus
questionibus in prin. ¶ Glo. ult.
notat singulare iudicem
incidenter non posse co-
gnoscere de causa spirituali et
ibi quociens ista lex et
sequens probant, quod iudex
potest cognoscere incidenter de
eo de quo non cognoscit
principaliter. Glosa non solvit, di-
citur ergo quod aliquis iudex
est in toto est incapax
iurisdiccionis, et tunc nunquam
potest cognoscere de illo cuius est
incapax, eciam nec incidenter
ut est laicus respectu cause
spiritualis. Aliquis ubi non est
incapax iurisdiccionis et
tunc cognoscit incidenter de
quo non potest cognoscere princi-
paliter ut iudex pedaneus
de questione status ut in c. questiones
et iudex ecclesiasticus de causa
civili inter laicos etc.
patet etc. Sequitur

Cum dilectus

Summarium. Si reus contra dicto-
rem spoliatorem opponit aut
excipiendo et tunc prius audi-

et ea probata ~~sed per hoc~~ re-
spondere non cogitur si per
hoc non restituetur. Aut
agenda et tunc simul utraque
questio terminatur et ea pro-
bata restituetur. Et sunt
due partes principales in prima ponitur
et processus narratur in secunda
iudicis interlocutio 2a ibi. Te-
2a ibi Nos autem. prima di-
viditur in tres prima ponit
actoris petitionem 2a ibi Ci-
tra reorum exceptionem
3a ibi verum actoris re-
plicationem. Item secunda prin-
cipalis facit duo, quia inter-
loquitur distinguendo duo
membra primum ibi cum ea
2am ibi sed quoniam 2o ibi
verum declarat interlocuto-
rem probans id per duo silicet
primum ibi quemadmodum 2m ibi
testes

¶ Casus in terminis Abbas
de Ferentillo accedens ad
presentiam domini pape conquestus
fuit nomine monasterii de
Humberg Nobilibus dominis
de Arone quod hii manu ar-
mata et cum exercitu ad
Castrum Monasterii veni-
entes ipsum dampnificarunt ta-
m in personis vassalorum et in rebus a-
liis, de quibus iusticiam sibi fi-
eri postulavit. Ex parte dicto-
rum Nobilium in modum excep-
tionis citra litis contestationem
fuit responsum, quod ipsi per
dolum et violenciam ipsius
Abbatis amiserant Castrum
Ciracti, quod idem Nobiles
et eorum ~~predecessores~~ progeni-
torum tenuerant et possi-
derant in quiete petentes
illud sibi restitui sed cum
petitionibus Abbatis respon-
derent, cum testes haberent

paratos in continenti intentionem
suam probare intendebant.
Ex parte Abbatis fuit taliter
replicatum, quod ab ipso resti-
tucio peti non poterat, qui
non fuerat spoliator, postquam
tum Castrum illud ad proprieta-
tem monasterii pertinet, quod
etiam non diffitebatur pars ad-
versa cum tamen ad ipsum monaste-
rium res sua ab alio possessa re-
dierit, licet petentibus commo-
dum obtinuit, et iudicium resti-
tutorium tamen competit contra
spoliatorem. Dominus autem
papa super huiusmodi negocio
consultus distinguit hoc modo
utrum spoliationis questio ab
illis nobilibus obiecta sit
in modum actionis ad resti-
tutionem petendam an non
exceptionis ad repellendam
adversarii intentionem. Si proposita
sit in modum actionis, tunc
intelligitur mutue petitiones
se tamquam diverse invicem con-
tingentes, et secundum hoc iuxta
regulam, qui prior appellat
prior agat illa questio que
prius fuisset proposita prius debet
terminanda quod si in eodem iudi-
cium deducte vel utrasque simul terminande
sunt essent eadem sententia ter-
minande

¶ Sed quia illa questio
fuit a dictis Nobilibus in modum
exceptionis proposita interloquendo
pronunciavit, ut probationes ipsorum
super huiusmodi exceptione primitus
audiantur et ea probata ab-
bati respondere non teneantur
appellantes, donec restitueretur
ab ipso tamen spoliatori spoliatus
non teneatur an restitutionem
respondere. Addit tamen quod spolia-
tore in modum exceptionis

tum opposita et probata, non est
propter hoc restitucio facienda, sed
tunc si in modum excepcionis
crimen testi opponitur ut a
testimonio repellatur, et si crimen
non contra eum probatum fuit
non ideo pena ordinaria sibi
debet infligi sed dumtaxat tes-
timonio eius credi non debet
et hoc ideo contingit, quia
ipsum accusacio non precedit unde
et testes quorum ~~testimonium~~
testimonium reprobatur inter
infames quasi ex solo testi-
monio non habentur. De littera
domino expulsis nominibus
de Arenberg ista littera erat sub-
iecta ecclesie quo ad spiritualia
secundum Hostiensem vel conveniunt coram
ipsa tamquam invasores. extra. de
foro competenti cum sit generaliter
coram ~~auditoribus~~ auditoribus
sacri palacii in antiqua decreta
constitucionibus regentium et honorum
occasionibus, citra litem con-
testatam. i. ante litis contestacionem quia
propterea non opponunt huiusmodi
excepcio nisi de novo con-
tingat vel de novo ad
noticiam pervenia. C. de
excepcionibus l. fi. infra de excep.
pastoralis, licet alii contra
ut dicetur infra. Vel citra i. sub
protestacione quod non intende-
bat per hoc litem contestari et
est sic infra de testibus dilectorum
quiete. i. in pace et sine re-
clamacione respondent. i.
non cogi peticionibus respon-
dere nisi prius restituentur
in continenti hodie huiusmodi ex-
cepcio probari debet infra xv di-
es infra de restitucione spoliatorum c. i.
li. vi. denegabant nobiles
isti fatebantur monasterium

proprietarium sed dicebant se usu-
fructuarios, et sic possessores
ff. de acquirenda possessione l. naturaliter
in principio, et sic poterat petere
restitucionem ff. de vi et vi
ar. l. i. § deicitur. Vel di-
cebant se vasallos, et sic
habere utile dominium secundum Goffredum
distinguendum quo ad ple-
niorem doctrinam. Nam quo
ad casum non erat necessaria
distinctio, quia etiam erat
quod in modum excepcionis
opponant ut patet supra. Vel sed
quoniam cum ea spoliatione
et ponitur in ablativo et
absolute secundum Io. an. opposita
coram ordinario vel dele-
gato quia coram arbitro
non fit requirendo. extra. de arbi-
trio dilectus appellat i. ad
iudicium provocat conveniendo
alium secundum Ab. vicissim quia
lite contestata super una fit
contestacio super alia, et post
ea supra utraque iudicabitur
restituentur tollere ergo potest ab-
bas impedimentum, restituen-
do rem ablatam, quam si
spoliatus recepit vel mali-
ciose recipere noluit, abbas
efficaciter agat secundum Goffredum
Materia c. huius continet
peticionem sepe currentem et
ideo tanto accuracius littera est
notanda quanto utilior est
in sui materia primo ergo qua-
liter ex toto c. noto quod quo
spoliatus potest duobus modis
opponi contra actorem in
iudicio uno modo in modum actoris
alio modo in modum excepcionis
cum opponitur i. modo actoris
est quedam reconvencio et ita
non repellit intencionem agentis
sed potest utraque questio terminari

Et supra auditores
scilicet palacii
Sacri palacii

testaude alio
testate

sicud mutue peticiones. Exemplum
ut si aliquis tractus in causam
coram actorem ipsum reconveni-
endo proponat dicens: Domine
venerande, Talis spoliavit
me tali possessione per
vim, peto me restitui secundum
formam libelli concipiendo ma-
teriam, hic cum quo spoliacionis
opponitur in modum actionis
et qui sic opponitur non
prius auditur opponens sed
actor, restituitur probata
spoliacione. ¶ Sed cum oppo-
nitur in modum exceptionis
tunc ante omnia audietur reus et
plura excepcione, non cogitur
respondere reus, nisi prius resti-
tuatur ab actore. Exemplum ut
si aliquis tractus in causam coram
actorem excipiendo propo-
nat se ab ipso spoliatum
et ob id petat ipsum repel-
li, nec se cogi ad respon-
dendum, nisi prius restituatur
in hoc enim casu ante omnia
sic excipiens auditur. Unde
quod spoliacionis proponitur in modum
actionis ad restitucionem pe-
tendam, sed in modum ex-
cepcionis ad intencionem ad-
versarii repellendam, in isto
consistit totalis effectus c. frequens
ut dicit casus summarius
¶ Sed que est racio diversi-
tatis, quod excipiens de spo-
liacione repellit actorem
sed reconveniens non, dico quod
est duplex secundum Goffredum. una est
quia favorabiliores sunt rei
quam actores, infra de probacionibus
quoniam (?) ex litteris, de fide instrumentorum cum
inter. ¶ Alia quia excepciones

sunt [struck] forciores actionibus
ff. de superficie l. i. § quod aut-
em. Hac racione quia favora-
biliores sunt excepciones
dantur exceptionis (?) ut infra
de exceptionibus cum inter. Est
et alia racio puto forcior
quia nec nudi contendere
nec inermes inimicis nos
debemus opponere, iii q. i
oportet, et ideo cum exceptio
tendit ad defensionem, merito
excipiens de spoliacione ante
omnia debet audiri, et agens
repelli nisi restituat, et hoc
ne nudus et inermis cogatur
se defendere inimico. Et hoc
patet intellectu capituli
summarius
¶ Veniamus ad specialia des-
cendendo. Noto primo quod
excepcio spoliacionis est di-
latoria, et ante litis contesta-
cionem opponenda ut hic dici-
tur circa litis contestacionem. Et
hoc verum nisi de novo con-
tingat vel de novo ad
noticiam perveniat, infra de ex-
ceptionibus pastoralis § de offi-
cio delegati insinuante, quod
hic late prosequitur Io. an.
¶ 2o Noto quod excipiens de
spoliacione potest inducere pos-
sessionem vetustam, sed isti
Nobiles hic deduxerunt pos-
sessionem progenitorum, sed hoc
superfluum est, ex superhabundanti, suffi-
cit enim quod possederint tempore
spoliacionis. o. de offi. dele.
consultacionibus
¶ 3o Noto quod excipiens de
spoliacione potest se restitu-
i antequam audiatur actor et
sic in uno consequi potest

restitui vt hic ista Nobiles
pecierunt ibi sibi competere etc
Textus qua tra Noto etiam
forma opponendi exceptionem
spoliacionis
Glo Noto literam de dicione
possessionem que hic et j. v. possi
positur pro maxime et sic
stat ipse ad hoc j. de excep-
tio. c. j. vbi de hoc Item No
to literam illam, verum dominus
ad quem ab alio res sua
possessa restituitur, etiam post
tempora longiora, debet commo
dum retencionis obtinere, hoc
tamen verum est, qui res restituitur
ad eum sine dolo et culpa
ipsius, etiam post prescriptionem, sic
enim intelligunt iura in glo
ad hoc allegata, vnde si per dolum
et per violenciam hoc fieret vt
hic opponebatur, tunc Albertus
hic consuet esset, quia tunc contra
dominum daret accio Ideo eciam
istam hic non approbat hanc al
legacionem, probatur hoc expresse
se, xvj q. iij. § pt. v. quod si
mala Sed diceret micto ali
quis si ista lex vera esset, tunc
ad nichil valebit prescriptio
ex quo res prescripta ab alio
ad dominum reversa, apud eum
manere debet, dicit ffranciscus legem
istam intelligendam, de re a
liening possessa ab alio vio-
lente et mala fide, alias bo
ne fidei prescripcio tollit ius
domini j. de prescripcionibus ad aures
Sic intelligi hoc dicunt lex
xvj. q. iij. § pt. v. quod si ma-
la fide, quod etiam allegat hic
glo super verbo retencionis
etc Item in v. Nos autem No
to non calumpniandi doctore

qui interrogatus de vno casu
respondet de pluribus pertine-
tibus, quia ista hic erat inter
rogatus de spoliacione deduc
ta excipiendo, et ipse respo-
det, etiam de casu quo propo-
nitur agendo
Item Noto hic dictum qui
aliquid petit a reo si petit
agendo an reconveniat an
non, quia si non reconvenit
habet locum regula qui sorte
appellat sorte agat Si autem
reconveniendo locum habet re la
quod sunt mutue peticiones et
simul finiande de mu peti
c. j. et ij. Et cognoscit dominus
ffranciscus an sit reconvencio ex
parte quia si post litem contesta
fiat, non potest esse reconvencio
sed est accio Si autem ante contes-
tacionem ~~est mutua peticio~~
~~vel~~ tunc est reconvencio, nisi
exprimat aliquid, propter quod
penitus appareat, quod pocius
est mutua peticio vel pos
set dici, quod magis est reconven-
tio nisi appareat, quod eidem
iudicem volt reus deducere cau
sam propter quo est textus hic
in v. quod propter ad hoc nobilis
valde dominus ffranciscus de ista ma
teria de mu peticione per totum
Item Noto hic quod actus
agencium non operantur ultra sui
naturam, ff si certum petatur, l. non
omnis, et ideo hic dicitur quod
excipiens de spoliacione non
consequitur restitucionem, quia
ad hoc non extendit se ex-
ceptio, sed tantum ad repellendam
intencionem adversarii, et sic
hic innuit quod qui excipit
non petit, et ita non debet sibi
aliquid adiudicari vt hic sed
tantum absolui debet, sic probat

etc. Notat hic Jo. in q. [illegible] hoc esse verum, quod de spoliatione excipitur contra eum qui civiliter agit. Sed si excipit contra eum qui criminaliter agit de spoliatione ab eo facta, tunc probata spoliatione fiet testis tuendus(?), quod nota etc.

Ultimo nota ex fi. c. quod testis contra quem est de crimine exceptum et probatum non punitur propter hoc pena ordinaria illius criminis ut dicit lex, pena non extraordinaria poterit puniri, et hec pena est quod sibi non credatur, sed a testimonio repellatur, ut etiam dicit lex, de hoc ext. de exceptionibus c. i. Sed dicere posset aliquis, ut hic notabile, quod testis contra quem crimen probatum non sit pro crimine puniendus, cum utique crimina claruerint sunt punienda, dico quod non est hoc notabile, immo ratio dictat hoc, primo ex eo, quod dum crimen testi opponitur non ad aliud agitur nisi ut repellatur, et ergo secundum modum agendi formanda est sententia [illegible] de sen., licet hec [illegible] ex eo, quia dum [illegible] testi crimen opponit, non dat sibi defensio, et ergo probato contra eum tali crimine non videtur puniendus, et quod dicit utique crimina claruerint etc. verum est hoc attento modo agendi, quod secundum hoc sententia formatur etc.

Nota etiam hic literam in fine ibi testes etiam etc., per quam literam hoc habetur notabile, quod testis cum testimonium reprobatur tamquam falsum non reputatur inter infames.

Sed contra hoc videtur esse in q. [illegible] prohibentur, ubi prohibentur ab accusando omnes qui falsum testimonium dixerunt, et videtur quod hoc fiat propter infamiam. Solutio illud non fit propter infamiam, sed propter suspicionem calumpnie ut ibidem dicitur. Item contra hoc est i. de testi. cum tu ubi testis falsus reputatur periurus. Glossa ultima signat hoc contrarium et solvit [illegible] in fine dicit. Hostiensis quod hic loquitur quando non punitur, sed aliud crimen testi opponitur, quod vero de periurio [illegible], dicit quod tunc est speciale, ut decretum habet infamis a testimonio repellatur, allegatur i. de testi. testimonium et ibi de hoc.

Veniendo ad oppositiones oppono primo contra libellum istius abbatis, videtur enim quod iste libellus fuit multipliciter ineptus, et ita invalidus, tum quod non expressit an nomine suo vel ecclesie sue ageret quod facere debuit [illegible] de dila. c. iii. Item quia non expressit [illegible] nomina reorum ibi domino de Arone. Item non expressit res specifice in quibus dicebat dampna sibi illata ibi ad castrum meum monasterii etc. non dicit quod [illegible] fuit quod monasterium possit habere multa castra. Item quia non expressit res depredatas [illegible] sed generaliter dixit ibi predo [illegible] et non dicit quorum nec quot. Item forum adhuc fuit ineptus, propter illam clausulam et aliis(?) sub quo non posset venire corporalia et incorporalia. Item adhuc fortius

fuit inepta in conclusione ibi iusticia fieri taliis cum petitio fuit invalida, cum ex narratione potuit surgere plures actiones sicut vi bonorum rap., furti, interdictum unde vi si alia invaserunt immo etc.

Ista argumenta inquirunt quo hic fuit admissa petitio Abbatis, cum sit videatur multum fuisse insufficiens ut probat arta dd omnia ergo ista dicto breviter sub uno contextu quod utrum libellus iste fuit admissus hoc non apparet hic ita quod non, expedit eum defendere, quoniam nec circa materiam libelli loquitur principalis intentio huius c. qualis autem debeat esse libellus, et quid in se debeat continere visum est s. de libel. obla. per totum, ut sit dici quod iste libellus de quo hic tangitur fuit approbatus in alia forma sed hic recitatur breviter et hoc unum est ut patet ex antiqua, quia ibi nomina rerum spoliata fuit expressa, et alia specifice ibi exprimunt, de hoc non utrum spoliatus agens debeat exprimere nomen certe dictum est s. de dilatis c. iii Innocentius sit circa istam materiam ponit singularia verba, que valet ad petita. Et primo ad hoc quod dicitur lra, de nobilibus viris duos etc., dicit quod valet libellus non expressus corpus nominibus si conveniuntur aliqui ut universitas. Secus si ut singuli ad hoc. s. de fide instru. Inter dedecca duc in hoc sit dicit strarum quod sufficit confessio per appellatum, qui non surgit, multitudo, sicut hic. Et si quis conveniat duos de latrone et constat qui sint ad hoc. fac. s. de offi. delega. cum Sed contrarium ad clausulam aliquo dicit Innocentius quod admitti talis multitudo in hiis in quibus non est opus districta probatione sicut hic, quia si docebit agens de violencia, super rebus amissis stabitur eius iuramento C. unde vi si quis et s. quod metus causa c. i.

Que solutio et si est vera in se, sit hic non habet locum in strarum, quia saltem hic debuit sic confessio rerum exditus ut reus deliberare posset, an cedat vel contendat.

Item multociens quis excusatur ab onere probandi ut in notoriis, et tamen non ab onere proponendi s. ut lite non contesta. accedens. l. unde melius dicit Innocentius quod iste libellus non apparet utrum fuit admissus vel non, nec de hoc hic queritur ut dixi. Istam materiam hic late prosequitur strarum.

Sed veniendo ad decisionem ipse in eo quod dicit, quod si questio spoliationis deducatur in modum actionis, debet timari, sicut cum ea actoris. Secus si in forma exceptionis. Hic occurrit primo dubium et contrarietas, videtur enim quod si spoliatio deducitur agendo vel excipiendo, illa ea debet prius timari alia suspensa, et non simul cum ea quam movet actor, casus est expressus. s. de restitu. spolia. ex questione. Ubi dicitur quod

actio spoliationis, debet ante omnia terminari. Solutio aliquando deducitur questio spoliationis per reum super eadem re de qua prius agebatur, et tunc agendo semper repellitur nisi prius restituatur spoliatus ut in exemplo ut si vir accusat uxorem, et uxor dicat se spoliatam prius restituitur, et hoc non dubium. Aliquando non spoliatio deducitur super diversa re, et tunc habet locum textus iste, ita quod tunc utrisque cause tractantur, et eadem sententia terminantur, et sic patet litere intellectus.

Solutio [illegible] quando spoliatus tunc solum non prejudicat alii, qui opponit super eadem re etc.

Item quia hic fit mentio de exceptione spoliationis pro finali intellectu istius materie. Quero hic de tribus punctis: primo utrum exceptio spoliationis possit opponi contra quemlibet agentem. Secundo quid requiratur ad hoc ut hec exceptio competat. Tertio, quanto tempore duret huiusmodi exceptio. Ad primum dicitur ut habetur supra e. ti. et ibi de hoc. Et est regula, quod contra quemlibet agentem potest opponi huiusmodi exceptio per illum qui invitus trahitur ad iudicium, secus si sua voluntate venit tunc non, ut si contra petentem confirmari aliquis se opponit, iste non potest excipere de spoliatione contra petentem, dicit Innocentius, quod non competit quando per huiusmodi exceptionem impediretur favor publicus ut si quis petit filium baptizari, vel parietem reficere vel civitates purgari. ff. de novi operis nunciatione l. i. § si quis rivos. Ad secundum non prestabit responsio. Ibi e. ti. Ubi dicitur cui competat huiusmodi exceptio. Ad tertium dicit Innocentius quod exceptio contra violentum competit perpetuo tempore de eo quod ad eum pervenit, de eo autem quod ad eum non pervenit usque ad annum, sicut dicit de interdicto unde vi. ff. de vi et vi armata l. i. § i. de quo hic latius per Stephanum. Sed numquid hec exceptio competit contra heredem spoliatoris? dicit Innocentius quod non, nisi de eo quod ad eum pervenit, aut dolo eius factum est quominus perveniret ff. unde vi l. i. § hoc interdictum.

Sed quia hic dicitur quod excipiens de spoliatione non cogitur spoliatori respondere nisi prius restituatur. Et quod probata spoliatione in modum exceptionis non fit per hoc restitutio. Queritur quid iuris si huiusmodi reus primo excipit de spoliatione, inde agat de spoliatione, numquid sic agendo cogetur primo respondere actori. In hoc dicit dominus Innocentius, quod potest agere de spoliatione, qui primo excipiebat. Et dicit quod ad hoc potuit induci priores testes sed priores attestationes non valebunt sibi in hoc iudicio quia ad aliud agebatur in primo iudicio scilicet ad repellendum adversarium ab agendo, et ad aliud in secundo, scilicet ut consequatur rem qua fuit spoliatus. Sed an tunc agendo cogetur primo respondere actori, dicit Iacobus quod sic, quia iam sunt mutue petitiones et locum est ei, quod dicit vulgus hic qui prior appellat etc.

Ex solutione contrarii istius summe cautela. Nam si adversarius tuus convenit te super aliqua re, et tu vis dicere te spoliatum eadem re utilius est ut directe petas restitutionem, quam si probas spoliationem directe agendo, duo consequeris, scilicet quod prius audieris, et quod restitueris, licet adversarius prius proposuit suam actionem, ut dicto c. ex questione. Sed si de alia agit adversarius et tu super eo dicis te spoliatum utilius est vel in modum exceptionis proponas spoliationem, si adversarius tuus te pervenit in querela tamen si directe velles agere prius audiretur adversarius quam tu, secus si excipiendo per literam c. huius et ita est summa utilitas litere c. huius ita notavit in [illegible] c. i. etc.

primo utrum contra quemlibet agentem
secundo utrum contra heredem spoliatoris

et videtur tunc renunciare pos
sessionis quod acquisivit conti
nuando ff. de re iudi. quod ad
consultacionem ¶ Sed dicat con
trarium secundum host. viz quod non
cogetur respondere nisi primo
restituatur, nec obstat. C.
de nos aut, et regula quia por
rigitur que locum habet, cum quis
recurrit ad contrarium actum
Sed hij sunt contrarii sed diu
ersi, utendo igitur uno non
renunciat alteri ff. de aqu.
pos. l. naturaliter § i et hoc de
isto aliam materiam tangit
glose ¶ Glosa prima distin
guit que sit via publica et
que privata, et que sit pe
na utriusque Et in ea ibi re
num hoc dicit quia fragend
um privata punitur in tertia
parte bonorum ultra id quod ra
puit, nec iudex nec sena
tor esse potest nec aliquem
honorem habere ff. ad legem
iuliam de vi privata l. i § hec
aut locum vis privata cum
res debitoris occupatur si
ne iudicis auctoritate C. ti. l. si qui
si obstet pactum contrarium
C. de pigno. l. iii Glosa se
cunda notat per exceptionem non con
testari litem, et in ea ibi lite
de hoc ff. de litis contesta. c. ii
li. vi. Glosa tertia Obicit
quod delictum persone non debet
etc. et solvit que solucio
nouda est, quia cottidie al
legatur in ista materia Infine
de hoc ff. de sen. exco. cum
quis li. vi, et de regu. iuris
ratum li. vi Ex quibus colli
gitur quod illud solum quod
ratum habere potest, quod suo nomine
est gestum etc. Glo Cont
spoliatorem ostendit con

quem possit agi super spolia
tione ad restitucionem habe
dam Et in ea ibi non adhi
bitur variacio quia non est
ita prendicat actio quod metus
causa, sicud Interdictum unde vi
et item quod est favorabilis actio,
de quo C. quod metus causa
in c. abbas ¶ Glo eadem
sentencia posset recitari per eum
Quid iuris si isti Nobiles
opposuissent contra spoliacionem
in modum actionis Glosa os
tendit modum procedendi
in huiusmodi questione etc. et
in ea ibi neque scriptura iste
leges volunt quod mutue pe
ticiones una sit sentencia termina
nde, et ibi eciam si patre ff.
ibi uxor contra virum solu
to matrimonio sive restitucione ergo
alius non cohet Infine Et
ita intencio glose versatur
in hoc dubio utrum in mutuis
peticionibus possit valere se
tencia lata super una actione
et non super alia Et re
spondet glosa dicens ut patet
in ea Et in hoc dicit ffran
quod prius potest pronunciari super
eo de quo constat ff. de ca
posses. cum super huiusmodi eciam
limitat hoc textus in eo
quod dicit vicissim quod terminande
sunt eadem essent sentencia
terminande et dicit hoc non
quod fieri sic debeat, quia come
de fieri potest, fatetur tamen quod
quod si reconvencionis sit impe
ditus ut per exceptionem vel alio
non procedat, et actor probat
et procedit pro ipso sentencia fert
ad hoc facit C. de compensa.
l. si Host. non sentit contrarium quod
eciam tenuerunt alii ut refert
Innocencius, dicentes ex necessitate

Sat. r. dicta excepcione obiacet
non vi ... de itemque adiunsum
confiteri de re. iuris li. vi

actio quod metus causa
sed eam possessore de eo
est integranda

debe simul terminari mutuas
petitiones per istum textum et
C. de rem. peti. l. i. et ii. de
hoc etiam in spe. de reque-
tione sub videndum v. et si
iudices in additionibus ubi Jo.
an. tradit nova distinctionem
in hac materia Sed quidquid
sit tamen hic approbat dictum Innoc.
unde dicit intelligendum textum
quod huiusmodi questiones mutue sunt
vicissim tractande et una se-
cunda terminande si fieri potest
comode, et hoc dictat equi-
tas, finge enim quod actor in-
tendens se reconventum desistit
procedere in sua questione in-
quid reus non poterit potius
prosequi reconventionem et sic
alius posset eum in suo iure
actor, qui vellet impedire
quod non bene sonat Item
finge quod contra reconvenien-
tem opponit excommunicatio-
nem per hoc differri debeat
actio principalis, teneo mime
absurdum cum esset impedi-
ri actorem ex culpa rei un-
de hostiensis dat regulam Item quod
causa reconventionis simul tracte-
tur principali non est favor pub-
licus sed privatus ipsius reconvenien-
tis ex quo sequitur quod
posset renunciare huic fa-
vori Sic ergo lex intelligenda
est salva comoditate in eo quod
dicit tamquam reconventionis et re-
conventionis terminanda una senten-
¶ Glosa tantum primo, notat
quod spoliatio tamen questionem
non obstat, nisi opponatur
in modum exceptionis De-
inde in criminali, et recitat
quorundam lecturam quam repro-
bat Jo. quod dicit etiam si spoliatio
interrumpat per exceptionem
spoliationis et solvit quod non
est contra solutionem allegat Jo.
quod dicit etiam in qualibet causa pos-
sit opponi exceptio spolia-
tionis, et ponit duas opi-
niones et tertio idem ponit
de alio Et in ea ibi tamen
hoc verum dummodo opponit
super alia re alias secus si super
eadem, tunc enim opponens
ante omnia debet audiri et
restitui ut C. de. dixi Et ergo
tunc quando opponitur super
eadem re utilius est ut
opponatur in modum actionis
Si vero super diversa re, utilius
est opponi ~~tamen~~ ipsam in mo-
dum exceptionis ut ibi dicit
dixi etc. et ibi quidam Goff.
hic Et ibi dominum secundum Jo. et
Vinc. Idem Innoc. et ibi
tuciore in fine ibi quantum
stipulacio rem ratam haberi si
promittens petendo vel ex-
cipiendo ratum non habet
et ibi l. i. dicit illa lex
Jo. vi. age. qui exceptione
utitur nam reus in excep-
tione actor est, et idem
dicit lex sequens, et ita
videtur quod excipiens videtur
excipere i. age. glosa non
solvit dicatur ergo quod exci-
piens excipiendo i. agere vi-
detur est hoc quo ad onus
probandi, quia probat ex-
ceptiones suas hoc voluit
hic glosa Et ibi potest dici
secundum Jo. et ibi bona sedes
ubi de hoc, et ita actio
depositi in hoc est privile-
giata, et ibi alii dicunt
Tamen Goff. et hostiensis Sed
que istarum opinionum est
verior Ad hoc dici potest secundum
Goff. per distinctionem quod aut

depositarius uero infitiatur
depositum sed per compensationem
uel totum aut partem depo-
siti retinere, et tunc uero audi-
tur quia perfide agit. Sed quando
uero constat de deposito sed
spoliatus dicit se inermem
hic nulla perfidia sed equitas
est ipsum equitatem audiri.
Et ergo tunc potest admitti ex-
ceptio spoliationis in actione
depositi. ¶ Ex hoc patet quod
opinio secunda est uerior. Patet
ex hoc, quia excipiens de
spoliatione non propterea con-
fitetur depositum, et sic uero
est manifestum quod sit deposi-
tum, et ergo agens nouit se
similem, sed tunc solum quando
liquet depositum etc. Dein
ibi glosa querit Quid si in
modum exceptionis etc. Et
ibi dico quod non secundum Johan-
nem. Goff. uero dicebat distin-
guebat secundum formam decretalis
preallegate in de testi. Sed uerius
est dictum glose, nam ibi tes-
tes ad idem et ob idem pro-
ducuntur, hic uero ad idem sed
ob aliud, ut dicit Innoc., quod
licet pro eo testes possunt
produci. Non tamen ualent prio-
res attestationes propter uarium
modum agendi, quia excipiendo
producuntur ad repellendam
intentionem aduersarii, sed reconue-
niendo ad habendam resti-
tutionem. Submittebat tamen ipse
Innoc. et Hosti. quod licet in
probatione testium hoc locum
habeat, secus est in probatione
per confessionem que facta in uno
iudicio, in alio fidem facit
c. i de elec. per inquisitionem
Deinde ibi glosa querit, quid

prosequi ut in c. j infra et
idem tamen hic Innoc. et est ra-
tio, quia deductum per modum
emergentis non plene cognos-
citur, sicut quando principaliter deductum
ff. eod. si et. Et dicit Innoc. quod
non obstat lex si quis ff.
ut c. i alle., quia in exem-
plis illius legis sententia lata
super principio, rationabiliter
parit exceptionem rei iudica-
te super principali, ut si lata est super
hereditate, et deinde petit pro
illius heredit. Sed hic lata su-
per exceptione, ~~non parit~~
~~exceptionem~~ in interdicto unde
ui i. super possessorio. Putat
tamen Innoc., quod si prius succu-
buit in possessorio, non pos-
set postea excipere de eadem
spoliatione sed de hiis que
notantur infra uel lucius. Et ra-
tio huius, quia plene cognos-
citur agendo directe ut
c. i diximus etc. Glosa uero ro-
gatur. Reddit rationem. Et
alia pro posset recitari pro
questionem, utrum excep-
tio spoliationis competat con-
tra non spoliatorem. Et
in ca. ibi frequens li. vi.o Et
ibi dicitur quod in ciuilibus
non admittitur spoliationis
exceptio facta ab alio quam
ab actore, in criminalibus uero
admittitur facta a tertio, dum-
modo sit de tota substantia uel
maiori parte, et probari debet
infra xv dies. Et per illam
decretalem corrigit dictum
Goff., qui in summa huius ti.
dicit absolute, quia excep-
tio spoliationis quemlibet agentem
repellat, quia hoc uerum
esset in criminali, secus in ciuili
et forte non uidit illam
decretalem Goff. ¶ Glosa

peult racionem reddit, et
alle iiij contor. sicut gnu
de iiijor. c. et ~~[illegible]~~ vna le
ge, et aliqua respondeat
format qonem et soluit de=
mum respondet ad contraria
Et in ea ibi excepte. Ubi in
dex non possit secundum modum
agendi et suppleat. Sed
dicas quod illud fecit ex offi=
cio quod potuit, Vel dicas
aliter ut ibi notat. Jo. an.
et ibi pt dici secundum. Jo. Vinc.
et phi. Stran. eciam dicit
et placet hosti. quod eciam
non infamatus, de cuius ex
communicacione, qualitercumque constat
vitandus est, propter periculum
animarum, allegat de excepcio.
excepcionem ita et quod occultus
occulte. publicus publice vi
tetur in q. i. si peccaverit et
circa istam materiam multa
pulchra ponit. Jo. an. Et
ibi sit supple in eo qui oppo=
sit ancillam et ibi quociens
et uno tali constet et itu
ut attendatur modus agendi
secundum si in modum excepcionis
Et ibi contingebat casum de
quo notatur. s. de excepcio.
c. i. extra. Huius ponat, quod
tam clericus de symonia testis
inductus confitetur se fuisse
mediatorem illius symonie
tunc puniri pt ex tali confes=
sione, hoc vult glosa. Et ibi
lenocinio. Hic leno. omnis
i. leccator Vel conciliator
stupri, et lenocinor. aris.
leccaliter vivere Vel inchoare
vel aliud officium exercere, et
inde lenocinium cinij. i. actus
vel officium lenonis, et ibi
non prosit secundum leges cum
accusatur adulterii. ad

pena cuiuslibet et secundum cano
nes prodesset cum agetur
ad thori separacionem. s. de eo
qui cognovit. c. discrecionem Infe
posset et aliter solui gnu
spec. dico quod ibi crimen leno
cinij de quo excipitur co
tingit pro ale crimen adulterij
de quo agit Vnde si hic casu
purgaretur testis ut d. dt.
glo. multo forcius actor
cum ille sit necessarius
et iste voluntarius secundum Jo.
an.

Super spoliacione

Re firmat Et hoc dicit
Conventus super spoliacione non
requirit actorem, nisi de
alia spoliacione, Sed si ex
cipit eum quibus agendo re
pellit. Et primo ponit dictum
de excepcione, 2o racio quarta q. quod
protestacione sine alia excep
cione. et ibi nisi 3a. ibi cum
restitucionis quarta ibi quoniam

Casus istius Exposicio
fuit coram Gregorio ibi. uno
P. B. Aliquis spoliatus
trahit suum spoliatorem in
causam, petens sibi resti
tui rem qua spoliatus est
Spoliator vult eum re
convenire quod iuris doctrina
papa hic statuit, quod talis
conventus, non est nisi super
questione spoliacionis au
diendus, quia petens resti
tucionis i. hoc est privilegiata
ut eam intentans, non tenea
tur restitucionem spoliatori
respondere Si tamen spoliator
in modum excepcionis oppo
nat de alia spoliacione,
actor repellitur ab agendo

De lra conventy i reus pe-
tentem i actorem agentem
in edicto un vi sym innoces
si cum petentem sz actore
reqvenerat qventy audie-
dy Sic costrue qventus
sup spoliacone no est au-
diedy adusz petentem re-
stitucom, nisi sup alia spo-
liacone etc restitucomis pe-
titos, i spoliacomis actio in-
tentatos, i, in iudicium puocas
responde sup alyo, nisi sz
reqvencone spoliacois vt
pdiri ab eis sz qventis
qui dr spoliatores, nisi
dixisset ab eo opposita et
pbata sim Io an apt hoc
quod dt in singlari qvety
in prio, repellitur ipse ac-
tor etc.

¶ Ex lra c. huius Noto pri-
uilegium agentis de spo-
liacone, quia talis non
pt reqvenitri nisi super
alia spoliacone, sz det an
prima restitui Ex hc Noto
ro casum in quo denega-
reqvencio Ex hijs est patz
q actio de spoliacoe est
puileta, qd eciam poit lra

¶ Item Noto hic q lig
agens de spoliacoe non
possit reqvuiri nisi modo
dicto, exceptio tn spoliacois
repellit agentem de spolia-
coe vt dicit lra Ex quo
infero q exceptio est fa-
vorabilior qm actio racio
quia rei sunt favorabiliores
actoribz ff. de pbatio c. in
vim et exceptio dat contra
tato, sz non actio, eo q le-
gittima defensio nulli est

denegada i de exceptio-
tum int etc Et insuper cu-
dam actom, fortius excep-
com ff de regl iuris l. tanto
facit rela qui ad agendum
de re iur li vi

¶ Scharia c. huius i pte ex-
pedita est in c. cum dilectus
d c. Tamen vltra illa q
ibi dicta sunt p intellectu
lre c. huius Oppono primo
contra lram, q agens super
spoliacone non possit req-
veniri, eciam super spolia-
coe, fingamus enim q fuit
duplex spoliacio circa eand
rem, et agens deducat vlti-
mam, tunc no potit qve-
niri sup prima racio quia
vltima spoliacio prius pur-
ganda est ff de vi et vi
arma l. colonus et l. cu
fundi et ff de int edict l. si
recupande

¶ Soluco textus iste intel-
ligit de reqvencoe super
spoliacoe altius rei sicut ox
ut fuit dictum Goff, sz qn
circa eande rem fit spolia-
tio, pcedit gria quia tunc
semp vltima spoliacio
sine violencia prius purgari
det hoc est ille det primo
restitui qui vltio fuit spo-
liatus ffram tn hic dt p hoc
non pbari ibi non esse lo-
cum reqvencoi potit eciam
fieri, et si vterq pbabit se-
quetur effectus q p vtroq
pnunciabit sz possessio ta-
men remanebit ei q primo
fuit spoliatus Sicut quando
pceditur sup petitorio et
possessorio pualet petitoriu
ff ti ii cum dilectus sz tame

Ut si Ticius spoliavit Seium de possessione
et item Seius spoliat Ticium eadem possessione
tunc si Ticius deducit ultimam non potit
reqveniri sup prima

in ordine suo purgabitur
ultima violencia, et ita lra stat
in veritate, etiam in spoliacione
super eadem re
¶ Sed contra hanc solucionem
iterum posset opponi, quia
per hanc violenciam factam
continuallo absorbet prima
ff. de vi et vi ar. l. qui si
bi possessionem, et sic videtur
unde, quod quando erat eadem
fit duplex spoliacio, ulti
ma solum potest spoliacio
purgata est
¶ Solucio contrarium verum est
in se, quo eciam posset compe
tere interdictum unde vi primo
spoliato ex quo tamen conse
cutus est restitucionem pro secunda
spoliacionem a se factam, tamen
racione accessorios ut dap
norum et fructuum, hoc ee pos
set, ut quia essent maio
ra in prima spoliacione quam in
secunda Jacobus tamen de Arena ut re
fert Cynus in l. si quis
ad se fundum ff. de vi et vi
ar. tenuit, quod sublato inter
dicto unde vi, talqua principali
tollitur eciam accessoria
facit regula accessorium li. vi
sed hoc non est verum secundum
Franciscum. Nam eciam post resti
tucionem rei competit interdic
tum pro dampnis et aliis
accessoriis, ut ff. de vi et vi
ar. l. si fundus, quod eciam
secundum Bartholomeum in l. qui sibi pos
sessionem, supius allegata de
quo hic lacius per Franciscum
Glosa tractat quod agenti
possessorio non refert quo
dominij agenti tamen posses
sorio vel petitorio refert
questio spoliacionis, et tunc
an in modum accionis aut ex
cepcionis, et ita hic instruit

Et in ea ibi secundum quod
si ille excipiet de sua
spoliacione est io. dicit quod ille
qui conqueatur dici actor rei
et ita potest actor excipere contra
accionem actoris omissa excep
cione temporis

rem, quod sibi magis compe
tet
¶ Ultimo format duas questiones
et illas soluit Et ei non
potest referri questio proprietatis
hoc est tam dicere, quod non po
terit spoliator opponere quod
res illa sit sua propria, nec
potest eam super proprietate
requirere, nisi primo resti
tuat. Et ibi si de vi dicit
illa lex si. de vi et posses
sione querat suus agnosce
dum est de vi quam de proprie
tate rei Et ibi nisi primo
fuit restitutus et sic interim
tenebit rem adversarij, et
postquam fuit restitutus tene
bit utraque donec finiatur
causa Sed in hoc dico quod
hoc consilium est de iure
fori, non de iure poli, quod
videat consciencia, quo rem ali
ena teneat secundum Franciscum Et
ibi an ingressum principalis
cause quando scilicet principalis causa
est super proprietate et non
super spoliacione, et ibi
hoc casu quando prima questio
est super petitorio Et re
conpensacio non potest opponi
&c hoc est tam dicere, non
potest aliquis opponere debi
tum Et quod sibi conpe
tentem se restitui Et ibi
l. ult. hec lex multos habet
intellectus, sed Hostiensis eam sic
intelligit, quod si pupillus
agat contra me proponendo
interdictum unde vi ipsum reque
me non potest de momen
tanea possessione dicere in ti.
c. j. replicaciones hoc tamen non
est verum secundum Jo. an. et
Franciscum, quia replicacio de
spoliacione competenti non tollit

exceptionem spoliacionis facte
ab agente, cum utraque spolia-
cio possit esse vera, sed ut re-
plicacio obstet, expedit ut
id quod in ea deducit non
sit ~~compl~~ compassibile cum
excepcione, ut si contra excep-
cionem excommunicacionis ego replico de
absolucione illa enim tollit
excepcionem, de hoc infra de ex-
cepcione a nobis. Et ita qua-
ndo in hoc casu quem po-
nit glo. quando sive certo
omissa excepcione contra
accionem agentis, replicat et
contra ipsius excepcionem, non
tollet excepcionem ymo ipse
actor debet audiri super ex-
cepcione, et ergo utilis est reo
eciam excipere contra accionem
actoris. Et glosa ista habet
in Specu. de peticione pos-
sessionis post principium &c.

De plus petitionibus

Continua sic quia plerumque
in iudicio in iudicio plus
quam debeat. Ideo hic ponit
rubricam de plus peticioni
Vel sic ad priorem precedentem
Quia in incidentibus questionibus
sive excepcionibus interdum
occurrit excepcio plus pe-
ticionis. Ideo hic post rubricam
de ordine cognicionum ubi
visum est de huiusmodi incide-
ntibus et emergentibus sum-
mit hic rubricam de plus
peticionibus.

Continuum

hoc c. prima summa
et divisione ipsius ponit iiii-or
modos plus petendi et suas
penas. Et illos modos
exponit ibi re quoque &c.

¶ Casus in termino accedens quidam
Gregorium ix proposuit pater B.
aliquis mutuavit pecuniam
alteri certo termino statuto sibi
restituendam. Et quia dictam
mutuatam requirebat pecu-
niam dictam ante terminum pro-
missum predictum respondebat
quod non poterat eam taliter
repetere, nisi in termino solvendi
advenienti. Quero a domino v-
estro iuris domino Gregorio super
hoc respondendo scribit illi cre-
ditori dicens non esse consili-
um prudencie quod ante terminum
pecuniam tibi debitam repe-
tisti precatur cum importuni-
tas plus petencium sileri indi-
cto persistit in sua peticione
hoc modo, ut qui plus petit
re sine causa in expensas ad-
versarii condempnatur. Qui
plus petit loco ad interesse
tenetur pro eo quod utilitas adi-
mitur debitori, quam habuis-
set si statuto loco solvisset.
Qui vero a quo plus petitur
tempore duplicatum inducias
ad solvendum, nec respondere
tenetur nisi sibi solvantur
expense. ¶ Deinde expono
istos modos plus petendi
Et primo plus petit causa
qui cum sibi aliquid debetur
in genere vel subalternacione
in genere vel unum pa-
rem in specie
se petit. Re vero plus petit
ut si x sunt debita, et ipse
petit xx. Loco plus petit
cum aliquis alibi convenitur
quam solvere tenetur. Tem-
pore vero plus petit cum
ante terminum vel condicionem pe-
titur quod debet. Verba
prudencie volebat forte
sibi providere ne debitor effi-
ceretur non solvendo interesse.

interesse est dampnu emergens
et lucrum cessans, vt dicit
C. de foro. que dilecti filii
inducie a iure date vel
ab homine conuente ad sol
uendum secundum Jo. an. et sic
si inducie erant vnius anni
et ipse petit infra annum
ex hoc dabitur debitori
biennium ad soluendum, ex-
cipiet .i. recipiet sic .ff. de
pignoribus licet hely etiam eo
ordinarie exposuerit facte in
prima causa generale .ff. de le-
ga. iij. l. minimis, et talis
debitor non liberatur inficiatur
quoniam generaliter iure non
potest .ff. ad le falci. l. in ra-
tione, subalternatione .i. disiunc
tiue hoc aut aliud vel
aut repete plus petitur
viginti vel cum habeam par
tem in fundo et peto totum
conuenit .i. vbi pactum fuit
soluere sed alibi puta vbi
habet domicilium etc.
Noto primo ex littera quod qua-
sultacio, in secunda responsio
ibi, consultacioni et illa sub-
dividitur quia respondendo dis-
tinguit, an non sit Vel sit

in causa conclusum secundum mediis
prosequitur ibi Si vero post vero
prima facit talia, quia primo
respondet ad primum distinc-
tionis membrum secundo ibi cum
legali responsum probat le-
ge 3o ibi alias protestatur
in 6 Si vero ubi est secunda secunde
partis etiam talia facit, quia
primo respondet secundo membro
responsionis causam insinuan-
do ibi nec lites secundo in 6 nisi
ponit casum exceptum que
statim exemplificat ibi puta
ta [illegible] ibi [illegible] igitur, gene-
raliter dat doctrinam
¶ Casus in titulo Coram
sede apostolica fuit exposito
quod interdum contingat quod
spoliatus sive convenit spolia-
torem et interrogatus quo
iudicio velit experiri, dicat
quod petitorio, et tandem lite
super eo contestata, et testibus
inductis vult intentare pos-
sessorium Quesitum fuit utrum
hoc fieri possit, cum videatur
renunciasse possessorio, ag-
grediendo iudicium proprietatis
R. per distinctionem dicendo
quod aut nondum conclusum fuit in
causa proprietatis secundum iuris
civilis regulam, potest talis
redire ad possessorium iudi-
cium recuperande sive adipis-
cende possessionis aliis in-
diciis possessoriis salvis
~~[illegible]~~ que in sui natura
vendicacionem dominii antece-
dunt Si vero conclusum fuit
in causa, sive renunciatum
ibi iam posset causa proprietatis
diffiniri ad possessorium
iudicium non potest redire
nisi iudex qui de causa proprietatis
cognovit hoc ipsum ex iusta

ca. videt expedire. Ut si ex
perspicuis indiciis argui pos-
sit iniquitas invasoris et
spoliato casu vel malicia
probandi dominium subtraxit
facultatem in quibus casibus
et aliis qui continent equita-
tem, causa propter quam conclusum
fuit in iudicio petitorio posse
agi iudicio possessorio non
negatur. Sequitur lra au-
spicia l. inicia secundum glo. i. quia
sicut olim in aspectu avium
precipue consistebant auguria
vobis q. iiii c. i. § primum. Que
augurio et rei dubie se co-
mittit, qui iudicium inchoat
cuius eventus est dubius secundum Io.
an. et ab auspicium hoc ppe
est augurium sive pnosticacio
que fit ex inspectione avium
requisitus alibi requiritur reg.
C. de iudici. c. i. alibi accusa-
tor. i. de accusatio licet § i.
de violencia. i. spoliacione
precessum. no. dt. contra. bern. i.
distinguendo respondet, consulta-
cioni qua quesivisti utrum
petitorio pendente possit ad
possessorium hinc recursus aut
pro. et secundum Hoff. qui dicit
idem esse, renunciare et conclu-
dere, alii aut pro id est, secundum
Innoc. dicit hic conclusum
quia probacionibus facti et iuris
renunciatur, ita quod nec deinu-
re nec de facto altra pro au-
ditur, de quo in ope de re-
nuncia, et conclusione i. pro
vendicare. i. petere tamquam
suud agendo super petere, ex
pirii n. age ut C. aliis in ff.
sunt sunt verba legis inte-
nune loquitur inculcentur ad
dandum secundum Hostiens., et via qua
iura precludunt. ff. de divor.

Legali ff. de vi et vi ar. l. cum fund.
sult cuius verba statim sequuntur
Equitatem ut si testes per quos volo
probare possessorem sit mortuus ar. lo. aut
lite non contesta. quia

contra § penult. ff. fraudibus
volencium in gaudiumen rei simili
differri in petitorio expedire
actori et iudicialie equitati
ex perspicuis indiciis. i. manifestis
et violentis presumpcionibus
ex quibus eciam probatur dolus
ff. de dolo l. dolum conclusio
in petitorio

Iudex aut hic iudex quia forte iste qualiter petit sibi fieri iusticiam secundum Io. an.

Noto primo ex lra, quod iu-
dex ex officio suo debet interro-
gare agentem, ne contingat
in dubio vagari hoc est ibi
dicere quod iudex ex officio suo
faciat declarari libellum qua-
lem et inctum probat tex-
tus in verbo requisitus iuxta
glosa que dicat a iudice
quod verum dico, qui pillam incti
tudinem posset turbari or-
do procedendi, alias valet
libellus reo non excipiente
ut notatur in c. dilec. C. de
iudi.

2o Noto hic quod recurri potest
de petitorio ad possessorium
hoc est quod is qui egit pe-
titorio, potest redire ad possesso-
rium, modo in lra expresso, viz
antequam renunciatum sit aut
conclusum in iudicio petitorio.

3o Noto quod disposicio lega-
lis est servanda in foro cano-
nico ibi cum legali, quod
verum est dummodo non contradicat
canonibus x. di. c. i. de quo
notatur ff. de novi operis
nunci. c. i.

4to Noto quod de iure canonico
in litibus concluditur an sicut
ut hic ibi conclusum et i.
de fide instru. cum dilectus
in Clemen. sepe de verbo
significa.

5to Noto quod post conclusionem
non potest accumulari alia causa
eciam si natura sit accumu-
labilis in § ibi ne renunciato

&c. hoc tamen verum nisi iudex ex iusta causa, aliud videt expedire ut dicit litera, quia tunc posset fieri huiusmodi accumulatio, etiam post conclusionem. Ex quo igitur textu noto quod arbitrarium est, an post conclusionem iudex admittat huiusmodi accumulationem viz. possessorii cum petitorio, comprobat litera in verbo videt expedire.

¶ Item noto textum ibi ne lites litibus inculcentur, i. addantur secundum Host. Ex qua noto quod iudex non debet permittere ut fiat inculcatio litium, hoc est una lite non finita, addatur alia excepto casu capituli.

¶ Ultimo noto quod non sit aperienda via fraudibus sed magis precludenda, ut dedimus, quanto et plus. ¶ Sed maticam c. Quinto in eo quod quesitum fuit utrum moto iudicio proprietatis possit regressus fieri ad iudicium possessorium et dicit quod sic.

¶ Quero primo que fuit ratio dubitandi, et que decidendi. Ad hoc dico quod ratio dubitandi potuit esse duplex, prima quia videbatur esse precedendum in prima actione, et illam primo terminandam esse, ff. de condi- cogni. l. ii. ibi qui prior appellat &c. ff. de iudic. l. qui prior, 2a dubitat an possessorium et petitorium possent concurrere in eodem iudicio. Ratio decidendi, quia illa regula qui prior appellat &c. habet locum quando concurrunt diverse actiones et diversi, sed hic eadem persona suspendit petitorium, et transit ad possessorium, quod potest antequam sit conclusum in petitorio, quia ante conclusionem nondum plene litigat de petitorio. ¶ Item est alia ratio, quare permittitur transitum de petitorio ad possessorium, scilicet favor spoliati, et odium spoliantis secundum Io. de Lig. Sed si aliquis ad hanc decisionem quod non liceat taliter transire de una actione ad aliam, quia oportet actorem insistere actioni primitus intentate adeo quod reus ipse non insistente potest eam prosequi. C. quando et quibus iudex, autem qui scilicet ff. de dolo causam.

¶ Solvunt dicunt doctores quod permittitur transitum ante [illegible] iur. et similia, et iura non obstant, quia loquuntur de eo qui simpliciter obmittit sine causa actionem, quod non licet. Et etiam potest dici et clarius, quod non possit actor supersedere instantie intentate, nisi in casu premisso ut hic, quia in hoc esset preiudicium rei et odiosum est lites pendere, ff. de dolo fine. Sed que sit ratio huius specialitatis una dicta est superius, est et alia quare viz. permittatur potius suspenso petitorio transire ad possessorium quam in aliis causis, una suspensa alia intentare, hoc enim est propter facilitatem expediendi iudicia et propter continentiam causarum, quia expeditio petitionis confert ad expeditionem possessionis et econtra de c. c. j. et C. de iudi. l. nulli. Hostiensis omnibus tamen colligitur, quod hoc est privilegium

q possessoriu pt accumulari
petitorio, etiam ipso petito
rio suspenso. ¶ In aliis vero
casibus bn admittit accumula
cio, sz no suspenso pmo invito
reo. C. quo et qn iudices.
aut qui semel et ff. de do
lo causam. Et in isto consis
tit principalis intencio c. licz
quod talit intelligat. Sed
cum hoc adhuc posset ali
quis obicere, q in hoc nulla
sit spalitas in actoe pos
sessorij et petitorij, quia i
distincte pt agens recedere
ab actoe, quam mouit, et
ita pt eam suspendere invito
reo, quia pt ex toto renunc
ciare. C. de pac. l. pactum
ergo pt forcius supsedere. Item
quia, q pcedatur in lite
est favor actoris, et ergo pt
tunc favori renunciare et p
cedere in alia causa, quero
cavit spalitas c. licz. Ad hoc
dico, et pmo ad hoc q ut
pcedatur in lite non est tm
favor actoris, sz etiam rei
ne lis diu pendeat. dicto
c. cum ad aliud, fateor q
actor ex toto pt renunciare
liti, quia hoc no phibet
iura. ff. alleta, tunc tn ad
instanciam rei pcedet ad ab
soluendum reum no a ca
hac amplius no pendet, sz
ab instancia. Et est abso
lucio defacto, si actor re
nunciavit instancie, sz tum
hoc condempnabitur ipse ac
tor ad expensas reo. ff. de
penis calumpniatorum et ff. de
iudi. cum quem temere, no
tn ppt hoc, sequitur, quod
posset supsedere instantie et
aliam actoem intentare, nisi
i casu pmisso. Et hic sm
Io. An. Et ex hoc pz spalitas
licz. c. que querebat. Ex his
etiam patet, quo illud sit
intelligendum, quo dicit reo
instante pceditur in causa
actoris, hoc enim verum est quod
pcedetur ad absoluendum
reum, si actor psequi noluerit
¶ Item ex hoc habetur quod
licet actor possit ab actoe
recedere et ei in toto renuncia
re, condempnabitur tn reo
nisi in expensis, et sic patet
¶ Hiis habitis ad lucidiore
intellectum c. licz. et lre. Cle.
hic fit mencio, de iudicio
possessorio adipiscende et re
cuperande possessionis et de
conclusioe et renunciatoe
que fuit in causa. ¶ Oppono
consequenter, videtur enim lra. ista
multo redarguenda de sup
fluitate et inculcatoe ver
borum, in eo q dicit renunc
ciatum seu conclusum. Racio
quia conclusio importat re
nunciatoem, quia post illam
no audiunt allegatoes. ff.
de fide instru. cum dilecti et
in Cle. sepe. de vbo. sig. Item
Cle. unica. ff. c. solummodo
vtitur vbo conclusionis, et ergo
superflue fit hic mencio de
renunciatoe. ¶ Ad hoc dico
sm Io. An. pmo q lra ista
que dicit de renunciatoe
in causa debet intelligi quod
renunciatum sit omnibus pba
cionibus. i. q nulle alie pnt
pduci. et sic non restat nisi
snia ferenda i petitorio i quo
casu no pt transiri ad posses
sorium. ne via fraudibus ape
riatur, ut dicit lra. Alias
si esset renunciatum pbacoibus
solum p testes, littera non
habet veritatem, quia adhuc
admittetur transitus ad possessorium

quia per illam renunciacionem
non est conclusum, cum ad
hoc posset fieri probacio per
instrumenta, ff. de fide instru
mentorum dilectum, oportet ergo quod
sit renunciatum omnibus pro
bacionibus, pro quod dicit glo
ssa Innocencii quod renunciacio de qua
loquitur textus debet intel
ligi esse talis ut habeat vim
conclusionis. Nam secundum Innocencium
conclusum est in causa tunc
tantum, cum renunciatum est alle
gacionibus facti et iuris adeo
quod neutra pars nec de iure
nec de facto amplius audiatur
de quo in Speculo de renun
ciacione et conclusione in principio
Sed tunc obstat contrarium, quia
sic capiendo renunciacionem
idem est quod conclusio, et ita
littera est superflua. Propter quod
dicit glossa, quod dictio seu
exponitur pro id est, et sic
dictio aut in parte precedenti
ibi aut conclusum. Ex quo
noto quod dictio alternativa
cadens inter duo omnino si
milia et eiusdem effectus sunt
expositive. Et sic patet
quid sit dicendum. Alii autem di
cunt, quod hic aut capitur pro et
et sic secundo littera constabit
in vi tantum capiendo renunci
acionem pro renunciacione facti
qualis est probacio per testes
primus modus magis placet
etc.

Sed ad hanc solucionem et
litteram posset adhuc opponi
quia eciam post conclusionem po
terit rediri ad possessorium
cum et tunc per beneficium resti
tucionis in integrum posset
probacio induci. ff. de restitu
cione in integrum auditis. Solucio
secundum Innocencium non dicitur posse

fieri, quod sit per auxilium quod
ordinarium, quale est resti
tucio in integrum, et hic nota
Et quod dicit Innocencius de alle
gacionibus iuris, non intelli
gas quo ad allegaciones que
fiunt super deductis sed super
deducendis, quia super productis
eciam post conclusionem allega
cionis in ipsa placacione sine
quia nichil repugnat

Sed circa istam materiam
de conclusione, incidit dubium du
utrum necessaria sit conclusio
in causa. De hoc notatur in Clem.
sepe de verbo significacione in glo
super verbo conclusione. Et hic
habetur glossa, quod semper con
cluditur tacite vel expresse
tacite cum intelligitur con
clusum in causa si committa
tur consilio sapientis, quia coram
eo possunt fieri allegaciones
solum super productis, et nichil
sit de novo producendum. C. de di
lacionibus. l. cum a nobis etc.

Hoc habito, quia in littera dicit
quod ab illo qui rem incepit
vendicare potest agi iudicio pos
sessorio, de recuperanda vel a
dipiscenda possessione
aliis possessoriis iudiciis in
suo robore duraturis, que
vendicacionem dominii sui non
precedunt. Quero pro expe qo
dicione glose magne. C. huius
quod sit iudicium possessorium
pro recuperanda possessione et
quod pro adipiscenda. Item que
sunt illa iudicia possessoria
que vendicacionem dominii
sui non precedunt. Glosa mag
na ordine iiii istam materiam
prosequitur. Et primo distinguit
triplex iudicium possessorium
scilicet adipiscende recuperande
et retinende et ponit tria

et dicit hoc interdictum Salvianum ab inductore
qui dicebatur Salvianus non tamen interdicta
quedam sumunt nomen ab inductore ut hic quedam
a sui natura ut interdictum unde vi, in loco a
quibus edicti, ut quorum bonorum, quorum
legatorum secundum Jo. an. etc.

interdicta primi, duo secundi et
duo tertii, deinde ponit quadru-
plicem locum illius v. aliis
possessoriis prima quia loquatur
de possessoriis retinendae, et sol-
uit contrarium Glossa quia loquatur
de interdictis, que sunt mixta
tam, 3a de separatoriis contra se-
cundum legem in fine C. de ap-
in fine primam approbat Et
in ea ibi quorum bonorum
etc. horum interdictorum libellos
et formas habes in spe. de
testa. §. nunc dicendum Quid autem
sit interdictum ponit glosa
super verbo interdictum dicens inter-
dictum dicitur quia inter duos
dicitur etc. In fine eiusdem
glose ille qui conceptiones
verborum talium formatae quibus
aliqui contra suos adversarios
in causis utebatur, vocabantur
interdicta, hodie tamen actiones
et interdicta idem sunt, ut
institutis de interdictis §. ult.
secundum Hostiensem Ubi quod adiuvetur
interdictum quorum bonorum
datur heredi vel filio emancipa-
to i. a patria potestate exclu-
so, nam ius civile non
recognoscet filium emancipa-
tum, ad successionem patris unde
et idem supra aucte non adit
primam primam hereditatem, pe-
tebat ergo ipse a pretore ut
posset agnoscere, et adire bo-
na paterna, et per consequens contra de-
tentores illorum bonorum
dabat sibi huiusmodi interdictum
quod dicitur quorum bonorum
Sed interdictum quorum lega-
torum, datur heredi contra lega-
tarium, qui supra auctore ap-
prehendit legata in testamento Sed
interdictum Salvianum datur
domino contra ~~inquilinum~~
inquilinum, aut colonum qui
asportavit bona sua de
hospicio vel domo sibi lo-
cata vel locata, ita ut res
prius invectas, et tandem
asportatas reducat in pristi-
num statum Ista ergo tria inter-
dicta secundum glosam dantur
pro adipiscenda possessione
quia per omnia ista adipiscitur
quis possessionem quam prius
non habuit Sed cui detur
interdictum pro adipiscenda
possessione, declarat quoniam
glosa, dicens quod datur bonorum
possessori, et heredibus here-
ditariis iusti de interdictis
§. adipiscende Sed quia
contra hoc posset aliquis dicere
nomine per bonorum possessionem
efficitur quis dominus rerum
hereditariarum quid ergo huiusmodi
interdictum competere possit bo-
norum possessori, et ad quid
cum bonorum possessor iam sit
adeptus bonorum possessionem alias
non diceretur possessor, propter
hoc glosa declarat quis
dicatur bonorum possessor
in hoc casu, et dicit pos-
sessor bonorum est non iuris
sicud et bonorum possessio
tamen bonorum possessor, dicitur
ille qui succedit de iure
pretoris ut dicit glosa, hoc est
tamen dicere, quod per bonorum posses-
sionem adeptus est dominium sed
non possessionem, sicud in addi-
cione hereditatis contingit, et
ideo necessarium est interdictum contra
detentores secundum Hostiensem et hoc
etiam declarat glosa in eo-
dem §., et dicitur ideo adi-
piscende possessionis etc. Et
Deinde quod glosa ostendit
que interdicta competant pro
recuperanda possessione, et dicit
quod ad hoc datur interdictum
unde vi, quia vi sunt clam, et
sic sunt tamen duo, hoc tamen

verum est quantum ad res
immobiles, quia quantum ad res
mobiles, datur interdictum
vi bonorum raptorum datur
cum spoliato interdictum unde
vi pro recuperanda possessione
rei mobilis. Sed vi bo
norum rap. pro recuperanda pos
sessione rei mobilis. Item
interdictum quod vi aut clam
datur contra illum, qui in solo
alterius edificat de quo
ff. e. l. i. Item glosa ponit
que interdicta dentur pro
retinenda possessione et
ponit quod duo, scilicet uti pos
sidetis et utrobi, primum pro
rebus immobilibus, secundum pro
rebus mobilibus. Inter
dictum autem uti possidetis
competit inter duos, qui con
tendunt se eandem rem
possidere, et cognito de ea
iudex pronunciabit uti pos
sidetis, id est ita possideatis.
Item utrobi est inter duos
super re mobili, de hiis satis
de probatis licet hiis vi
sis glosa ponit quadru
plicem expositionem illius
tre alias possessoris etc.
Et dicit quod si aliquis ce
pit agere reivendicatione
rei supposite rei quam non
possidet, potest redire ad in
dictum, possessorium quod
proponitur pro recuperanda pos
sessione vel adipiscenda pe
dente iudicio petitorio quod
persequere ut in ea. Et in ea
ibi et quis de hoc dicit
se vidisse Jo. An. aliquos
dubitare, et videtur hoc
dic. Item quoniam per Clemen
c. ii. cum dicatur ibi prin
le in ordine spoliantis quod
de petitorio tractatur. de

possessorium ubi de hoc in glo
per hoc et ibi quoniam de hoc vide
tit. Jo. An. et ibi ignorabat
idem. Immo quod. Item quomodo potuit
ignorare se possidere. Responsio hoc
quod is qui succedit per alium
possidebat, et hoc potuit
heres probabiliter ignorare
ff. de re iur. qui in alterius
Et ibi vel potest dici etc. Registe
aut dicat, quod duplex est posses
sio, naturalis et civilis, naturalis
tamen quis est re vel in eius
parte vel saltem cum res
sit in conspectu eius, ut
ea ut partem eius videat. Item
civilis tamen quis non est
in re, nec res in conspectu
eius, sed possidet solo animo
Et si aliquis unam perdit
et alteram adhuc retineat
potest agere uti possidetis, ne tur
betur in ea possessione
quam habet, potest etiam rem ven
dicare ratione illius posses
sionis, quam perdidit, nec est
sibi in hoc contrarius, et sic in
telligunt. Sed michi, qui alle
git per contrario. Et ibi dy. Jaco
cuius sunt iste glose abstine
usque in finem, et ibi eo cas
tello castellum est recepta
culum, in quo coadunatur
et colligitur aqua que
per rivulos ducitur ad sin
gula loca. Sed igitur ius sic
per rivulos ducendi, si impe
diatur habet hoc interdictum
quod mixta habet causam
ut dicit glo, et quod inter
dictum de itinere, actum prima
to habeat mixtam causam
dici. O. e. cum circa eca
glosam in verbo tum expos
Et ibi de liberis
exhibendis etc.) interdictum

quod per alium potest possidere
ut successit alteri etc.

mixta id est partem possessorii
et partem petitorii simul

de liberis exhibendis datur,
cum a te peto filium meum, et tu
dicis eum esse tuum, et tunc an
omnia debent exhiberi, et tamen
agetur de iure persone, cuius
sit filius. Sed de tabulis ex-
hibendis, datur cum sum heres
institutus, et non possum ad
ire hereditatem testatoris quia
notarius non exhibet michi
instrumenta sive tabulas, et ideo
datur hoc interdictum, ut ante
omnia tabule huiusmodi exhibeantur.
Ista ergo interdicta de se licet non
precedunt vendicacionem domi-
nii, sicut cum preambula et prepa-
ratoria vendicacionis, prius enim
exhibentur liberi, et demum
agitur de iure personarum
et ergo de talibus potest intelli-
gi littera ista aliis possessoriis
etc. hoc vult glosa. Et ibi
non faciunt implicacionem sed
demonstracionem notat etc. vult
tamen dicere, quod universaliter iudicia
possessoria sive interdicta possunt
immo debent expediri ante
rei vendicacionem, propter quod licitum
est a iudicio petitorio redire
ad iudicium possessorium, modo
tamen supra dicto. In fine ap-
probat ergo glosam prima lec-
tura, in qua dixit, quod si
aliquis cepit rei vendicatione
potest redire ad iudicium possesso-
rium, quod proponitur de reti-
nenda possessione, non potest
iudicio petitorio pendente, eo
quod ille qui vendicat non potest
agere uti possidetis et ex causa
quia sibi esset contrarius ut
dicitur in glosa, et istam lecturam
etiam inter ceteras approbat Hostiensis
in summa eodem titulo, versu finem,
et quidem dicunt alii et di-
versimode iste intellectus est
verus etc. Hoc habet ergo glosa

hetur quotuplex est iudi-
cium possessorium, quia tres
recuperande adipiscende et
retinende possessionis, et
que interdicta sive acciones
competant, in uno quoque eorum
queritur eciam quo a iudicio
petitorio possit quis redire ad
possessorium, et ad quod sic
et ad quod non, in quo tota
glosa ista laborat etc. Glo-
sa declarat et prorogat et
tangit contrarium. Et in ea ibi
petitorio, secus si possessorio
tamen ff. de. et unde. Et ibi
si de proprietate ubi dicitur quod
de proprietate iudex datus de
~~[illegible]~~ possessione non cog-
noscit. Solucio illud intel-
ligitur quando delegans expresse
prohibuit ne cognosceret de
possessione, vel quando iudex
delegatus pronunciando super proprietate
functus est officio, ut de offi-
cio dele. ex litteris etc. Glosa
in tangit exposicionem ubi
competit et in ea ibi si quando
sequitur concurrunt plures
acciones eiusdem rei, una
quis experiri debet. Glosa
agi potest ostendit modum sal-
vandi opinionem Jaco. Bal-
Glosa pendente improbat
opinionem ipsa et in fine querit
et remittit Glo. inter ceteras
querit et solvit. Et in ea ibi
placuit ubi innuitur quod si
quis committat violenciam
ciam in re propria ab alio pos-
sessa, amittit dominium in
illis rebus, et idem ponit
lex que sequitur, Et ibi pro-
ponit et habebit iterum ne
cesse probare violenciam eo
sit alius modus agendi.
de testi. veniens. in fine. Jo.
an. In fine Sciendum tamen

Hoff. q ex violēn clici vl
plati non dadt condicō. ex
lege si quis intatam vel
ex canone reintegranda
quia delictū psone non
det redundare in dapnum
ecclie ꝛ c. ¶ Hoc dicto ampliꝰ no
tat de eo qui succubuit
in iudicio ꝓpetatis obiciꝫ ꝛ
soluit. Et ibi officium ī fie
etiam ab eo qui no possidꝫ
venditō rem ex quo facul
tatem hēt restituende rei ꝫ
Infine de hoc dubio vtrū
pꝰ sniam latam ī petitorio
possit tursū ad possessoriū
hic latissime ꝓsequitur
ffran. breuiter tm pt dici
q aut agens petitorio suc-
cubuit soluꝰ ex eo, quia
no pbauit, et tūc pt q
tūc petitorium non trahit ad
se possessoriū, ꝫ soluꝰ ab
soluitur reꝰ actore no pro
bante. Aut agens petitorio
succubuit, quia reꝰ pbauit
in petitorio, quia tūnc pe
titorium trahit ad se posses
sorium. Et in glosa et ī c.
t. vlt. posset tm adhuc a-
gē in possessorio saltem ad
fructꝰ quos recupat a tpe
deiectionis ꝓhitum si deiec
to no fuit iusta, ut c. vide
in vsufructuario tpali, qui
non dēt puari fructibus
nisi pꝰ tempꝰ concessionis
¶ Hoc dicto penit aut obiac
do et respondet. In fine
Qualis aut sit exitꝰ qn
simul intētatur petitorium
ꝛ possessoriū, vide hic sūma
tim in fine huiꝰ glose pul
cram distinctionem et satis
diffusam quā ponit Jo. an.

Cum dilectus. Bre
ue
est et idem dicit in sūma
vt c. adultim. ·e· c. ffran. tm
sic sumat. Si possessorium et
petitorium simul deducit vna
sna tmat ꝓmittit tm pos-
sessorium pnuntiando, ꝫ exequendo
pualet petitorium. Et primo po-
nitur questio ꝛ solutio ibi
vtrumqꝫ
¶ Casus in tmis aduersꝫ di
uersimode hic signat tm sm
magrm quem lecturam ponit
sic. aliquis simul possesso
rio ꝛ petitorio egit tum suo
aduersarium. Quesiuit iudex
qualit dēt ferre sniam ꝫ
~~tmari ꝫ in p~~ ꝛ Rn ppa q cu
simul actum fuit petitorio
et possessorio vtrūqꝫ vna
sna dēt tmari ꝫ ī pnunc
tiatōn pmittenda est pos
sessio in execucōe no dēt
ꝓpetatis pualere ¶ Sequitur
lra ad qrtum pma questio
ponitur. ·e· de arbi. cu di
lectꝰ ij et iij. ī. de fide instru
cum dilectꝰ. pmittenda
ex ordine pnunciandi exe
cucōe finali ut ī. dicam
¶ Noto pmo q possessoriū
et petitorium ~~et pa~~ possunt
deduci in eodem iudicio
uno dent. ·e· c. c. ī. ubi de
hoc, et in aliis
¶ 2º Noto q possessorium
et petitorium simul deducta
dent. tmari vna sna in
hoc tm dico, q in vitate e-
runt due sne in effectu
ꝫ dīr vna, quia qtīnue
vna pꝰ aliam fertur ut
notur. ·e· de ordi. cogni. in
glosa si isti. Ubi de hoc et
sic iste sne dīr vna ppt
cotinuacōm tpis sm Innocē.
in dicto c. ij
¶ 3º Noto q possessorium et
petitorium hnt se sicut excedens

et concessa. Nam possessorium
concedit petitorium in pnd. p
nunciando, quia ps super co
gnitoria, sed conceditur in exec
cutione, ut dicit lra, et dicta
ecia i.

¶ Sed contra ista dicta posset
opponi. Et primo videtur quod
possessorium non debet pro
nunciari nisi illud de quo ps
liquet sive constat, ff. de
ordi. cogni. c. ij. ubi de hoc
notatur.

¶ 2° ad idem, videtur quod
petitorium debeat preferri posses
sorio in pronunciando tamquam
magis dignum, ff. de maio.
et obe. c. j. ff. de albo scri
ben. l. j. ¶ Solutio istorum. Ad
primum dico quod c. hoc loquitur
quando de utroque simul liquet
tunc enim primo pronunciatur
super possessorio. Secus si con
staret de petitorio solum
quia tunc solum super illo pro
nunciare. Ad 2m dico, quod pe
titorium non est dignius simpli
citer possessorio sed habet se ut
concedens et concessa ut pre
dixi. ¶ Item non semper est
quod est dignius premittitur
quandoque cum dignitas arguitur
respectu potencie, ut dicitur
dignius quod est potencius
et tunc non sequitur, est dig
nius ergo premittendum, immo
in ultimo loco aliquando consis
tit. Homo enim heres in ultimo
prandicat pon. ff. de constitu.
l. si. et sic hoc est dignius
quasi forcius. Idem patet in iuri
in pactis, quia pacta ulti
ma preferuntur precedentibus
C. de pac. l. pacta novis
sima et testamentum ultimum p
cedentibus. j. de cele. missar.

cum marthe. Unde non digni
tas attenditur, sed precedens deno
minacionem, et tunc premittitur
dignius ut in 2° (secundo) et sic
patet solutio, quia non semper
petitorium est dignius ergo pre
mittendum, sed sequitur ergo
prevalet, et sic fit ut hic quod
prevalet finaliter.

¶ Item contra hoc, quod dicit quod
in execucione debet spectari pre
valere, videtur esse quod hoc non sit
bene dictum, quia eciam
super possessione mandatur
sententia execucioni, ff. c. cum
eccia ubi cassatur electio
propter sententiam possessorii et
restituuntur spoliati.

¶ Solutio lra intelligenda
est de execucione finali ut
argumentum probat, quia eciam
sententia super possessione manda
execucioni, ut in casu c. ff.
c. cum eccia, viz respectu pre
teritorum sed respectu futurorum
nulla est execucio realis
sed solummodo verbalis ut ibi
dicitur latius. Sed finaliter prevalet
sententia petitorii et hoc vult
lra et sic patet. ¶ Sed dicunt aliqui
quod possessorium non possit tra
hi ad petitorium, quia ista
duo nichil habent commune ff. de
acqui. poss. l. naturaliter, § ni
chil. ¶ Solutio licet in substan
cia vel in modo procedendi
non habeant commune, tamen quia
in execucione habent eadem ca
rem contrariam surgit im
possibilitas ut utrumque non
possit mandari execucioni
finali cum effectu, ideo
unum trahitur ad reliquum.

¶ Glo. prima ponit unam
lecturam et signat contrarium po
nit aliam cui ibi signatur
contraria ex quibus concludit

vel primo non quod contraria ut prevale
at quod utrumque non manda finali
execucioni cum poss. et petito
rium non habeant aliquid commune

cōū cōclusionē alle et sol
uit sentitur ad hanc opinionem
qua dicat fuisse char et
respondet glo. Et mea
ibi qui dicat se possidere
immo etiam datur possidē
ti cōū eum qui non possi
det, sed iniquietat ff. de pla
licet ubi de hoc Et ibi
si de vi illa lex dicit quod de
iure et possessione queritur
prius de possessione agen
dum est, et tandem de prope
tate, et illa ordinarii dicit
uir ordinarii est prius ex
pediri possessorium etc. et
ibi distinguebat an scilicet pro
herede vel pro possessore
an pro legato possideat sed
Jo. an. Et ibi nullo admit
tendo hoc nisi adversa
rius consenciat ff. ti. pro. c.
in fine Et ita ex ista
glo. colligitur quod potest quis
simul agere possessorio et pe
titorio, intelligendo de pos
sessorio recuperande ut adi
piscende, quia ex hoc nulla
sequitur repugnancia, non
autem possessorio retinende
quod dicitur uti possidetis
quia hoc non stat simul
cum reivendicatione ut vi
sum est de c. pro. Sed si
dicitur hic qui vult exercere
plures actiones debet eli
gere unam, de elec ut quid
duas li. vi. et notatur de
c. pro. in glo. iii q. vi. non potest
simul agere petitoria et
possessoria, dicit Jo. an. illud
possessorio here, quia homini ac
tiones competunt ad idem sed
possessio et proprietas sunt diversa
ut de visum est, quia in
hac que et sua lata in
uno non preiudicat in alio

de quo dictum est de c. pro.
Hostiensis autem dicit hoc esse sine
calumpnia intelligendum quando a
gitur de iure electorum et utrum
pro petitorio et possessorium
deffuit in iudicium sive aga
tur eligentes sive inter elec
tos de c. cum ceca, tunc proprie
prevalet proprietas ut ibi. Tex.
hic omnibus notat Jo. an. qua
tuor casus in quibus exem
plificat potest hoc c. p. cum
unus agens possessorio reti
nende reconvenitur petitorio
vel econverso ff. ti. i. audita et
cum unus agit petitorio et
possessorio recuperande simul
et semel de c. iii. et iiii. et
quando unus et idem agit petitorio
et interdicto uti possidetis
racione civilis possessionis vel
naturalis, de quo remittit ad
ea que dixit de c. pro. de iiii
glo. quartus quando unus agit pos
sessorio recuperande et alter
sibi refert questionem dominii
cui relacioni dominus consenti
ret ut est dictum per decreta
lem ff. ti. pro. c. i. In hiis omnibus
prius pronunciatur de posses
sione sed prevalet sua in peti
torio et hoc dum de utroque
liquet etc.

Cum olim Si hoc c.
refertur
ad titulum de ca. possessionis
i. de commodo possessionis, tunc
idem vult quod l. ti. quelam de
de elec, et firmat in summe
modum Sufficiat ei cui dig
nitas est collata, si probet
quod tempore collacionis tempore
iuris conferendi possedit, vel
aliter Succumbendo in possesso
rio, de proprietate potest agere. Ex
hoc patet satis esse quod hic

Glo. ult. dat rem et signat contrarium et in ea ibi suborta ubi solum pronunciat super poss
et sic non prevalet petitorium Solucio ut ibi notatur in glo., nota quod, vel melius dicas, quod
solum pronunciat super possessorio, quia non liquet de petitorio et ideo differt hic a contrario
In fine et ita sed glosam ex hoc c. hic colligitur quod qui ab eadem persona intenta petitorium et
possessorium, quod si potest, sed iura eam ea prefertur sua possessorium pronunciando sed tamen
petitorium prevalet in eodem etc. tamen fortior etc. et ideo si adversus ut de c. cum ceca

Vel sic melius dividatur primo ponit querela 2o quesito ibi quod ut et illa subdividatur quia premissa ratione ponit quoddam preceptum 2o quittit ibi restituende

Spoliatus etiam a iudice iuris ordine pretermisso ante omnia restituitur. primo ponit querela ibi quia non preceptum 2o ibi restituende iudicii statio

Casus in textu Quidam clericus nomine conquestus fuit quod dominus . . . quod archiepiscopus Cantuariensis ipsum sine iudicio sua ecclesia spoliavit, papa scribit illi archiepiscopo dicens quod non decet honestate suam clericos suos taliter spoliare beneficiis sine rationabili causa, quibus potius patrona debet provisione consulere unde mandat quod si est ita predicto clerico ecclesiam suam restituat cum fructibus inde perceptis et in pace ipsam dimittat eidem facta autem restitutione, si aliquid contra predicta contra ipsum proponere voluit coram Exoniensi episcopo super delegato cum eodem potest ordine iudiciario experiri. Sed littera manifesta vel notoria ergo posset ferri sententia sine ratione rationabili et servato iuris ordine ut ff. de volimus super petitis concessibus vel causis sed super futuris, quia rescriptum quo ad illa non extenditur ff. de resp. c. si et c.

Noto hic primo quod nullus debet destitui vel spoliari a suo prelato, iuris ordine non servato ut hic Ex qua sequitur Noto quod spoliatio sonat in vicium etiam si fiat a iudice, probatur in littera spoliasti secundum dominum hoc non sonat in vicium ff. de rescripti quod in dubiis de eta et quali cum bone, de pac cum clerici quod quod autem hic spoliatio facta a prelato sonet in vicium operatur verbum sine iudicio

3o Noto quod episcopus censetur pater et provisor clericorum ut hic, et concordantia sunt in glosa ii item Noto quod que teneor defendere, non debeo impugnare, simile supra de natis ex libero ventre. c. uno et sequentem faciendo fortius offendo . . . item facit contra ibi quibus tenetur et c.

Ultimo Noto hic casum in quo reus originalem impetrat rescriptum, et iudicio super actione sibi movenda per actorem et sub conditione ibi restituende non sententia et c. hic cum iste clericus qui fuit reus originaliter hoc rescriptum impetravit Et dicit . . . quod forte alibi non . . . casus ita specialis in toto corpore iuris in simili hoc facit de appellationibus c. . . . alia nobilia in precedentibus sunt visa — in virtute fuit actor

Sed oppono contra literam et primo sic arguitur quod papa non debuit credere isti conquerenti tum potius debuit presumi quod sententia iudicis ff. de rescripti in presentia 2o quia hic ad instantiam rei fuit causa commissa, contra hoc ex . . . posset . . . , quia non interest impetratis, nec concedi solet rescriptum ad instantiam rei . . . primum quidem dicit hic glosa finalis, . . . quod hic sine iudicio archiepiscopus spoliavit istum clericum quando ergo presumatur per agitationes — 9

a iudice in iudicio quo ad
ratitudinem de plac(ito), quo-
ad se(cundu)m contra iudicium, ut
notatur in q. i. c. i(n) summa et viij
q. i. c. p(re)ciu(m) in fine cu(m) g(loss)a h(uius)
modi spoliacio facta fuit
contra iudicium ut l(itte)ra innuit
non p(er)tinebat p(er) iudice(m) et
hoc de primo ¶ Ad secundum
dico q(uod) regulari(ter) ad insta(n)
ciam rei non conceditur res(cri)p
tum, s(ed) p(a)pa hic concessit q(uod)
p(ro)hiberet archiep(iscopu)m ne p(ro)cederet
non s(olu)m, qui alio(quin) posset c(ontra) [illegible]
de iudi(cio) cu(m) venissent, de
libe(llo) sig(nificavit) ex p(ar)te, et hoc fecit
p(a)pa propter suspicionem, quia
archiep(iscopu)s videbat(ur) suspectus
&c.
¶ Ex isto solvit solucio il
lius dubitacionis sive obiectio
nis, que hic solet moveri
viz quare dominus p(a)pa ma(n)
dat hic in fine p(ro)cedi or
dine iudiciario contra istum
clericum, cu(m) int(er) clericum et
p(re)latum non debeat tal(is) ordo
s(er)vari, q(uando) agitur de titulo
b(e)n(e)ficii, s(ed) proceditur simpl(icite)r
officio iudicis, c. de r(e)s(cri)p(tis) di
lecti, l. vi et de p(rae)b(endis) c. cum di
ci [illegible] ista est locu(m) h(abe)rent, q(uod)
archiep(iscopu)s procedit ut iudex
s(ed) hic p(ro)hibetur p(ro)cessus ex
officio, quia suspectus erat
archiep(iscopu)s s(ecundu)m [illegible] licet
alii aliter dicant ¶ Sed q(ui)s
quittitur, qui non est ordi
narius tenet s(er)vare iuris
ordinem, etiam si non man-
daret, quia non p(otes)t p(ro)cedere
ex officio cu(m) non sit ei de
iure permissum archiep(iscopu)s aut(em)
hic procedit ut p(er)s(ona) instando
coram delegato hoc habito

¶ Queritur circa l(itte)ram ¶ Quid si
archiep(iscopu)s non restitueret et
clericum isti dicto utrum hic
posset facere delegatus ¶ Glosa
s(er)vat tangit aliquod p(re)ter
ueniens, s(ed) non expediuit, in eo
q(uod) d(icit) q(uod) delegatus cognosceret
de spoliacione s(ed) non dicit
an posset restituere constito
de spoliacione, dicit g(loss)a quod
de hoc dubio, q(uod) non possit
hoc facere delegatus iste, quia
sibi non quittitur c. de offi
dele cum olim et c. p. et
c. [illegible] tenet contrarium ut
intelligatur delegacio me
talis et non valit(ur), et hoc
fuit meus [illegible] ibi restitucione
aut [illegible] ¶ Et glo. ex hoc
sentit, quia si poterat
cognoscere de spoliacione ergo
et restituere, alioquin iudicium
fuisset frustratorium ¶ Ex quo
concludo q(uod) iste delegatus
fuit datus non solum sup(er)
cognicione de p(ro)vencione ab
archiep(iscop)o s(ed) eciam ab isto cl(er)i
co, et ista est v(er)a meus
istius textus s(ecundu)m textum ¶ Que
aut(em) p(ro)tas delegato quis
sa intelliga(tur) ex tenore re
scripti colligitur, non enim p(ro)
hoc q(uod) quittitur cognicio
intelligitur quitti decasio de
quo plene p(er) [illegible] c. i. l.
cum super in fine, et dicet(ur)
l. de sequestra. c. i. &c.
¶ Glo. in q(uan)t(um) obiciendo
¶ Glo. ult(ima) possit recitari per
no(n) le et ponit ¶ Et in ea ibi
cognosceret an talis fuerit
spoliatus, q(uod) si constitit coget
archiep(iscopu)m ad restitucionem, licet
quidam contradicant, s(ed) s(ecundu)m
verius ut dixi [illegible]

Et ibi si est ita et Hoff in summa de resti. ult. medium quod iurisdictionem conferunt omnes clausule si est ita si premissis veritas suffragatur, cognita veritate iustitia mediante sicud de iure fuerit quod canonicum, quod iustum fuerit prout expressit ut tenetur, prout in instructo de sup. ... ut continetur, et ... clausule ... ut est illa vocatis vocandis, de equa divi... de iudic. ex ... Et ibi ... summa iudicis ... non fuit summa vel iudicialis ... ex ... spoliato ut ... Jo. An. et ... fuit ...

Ex transmissa

Continet petens restitutionem ... plenius restituitur ... viro ... et copulam, et ... impunitate ... nisi magna sit viri sevicia ... mandat restitutionem ... causa ... quid agendum sit cum fragilis est ... ibi ... aut

Casus in ... militis petebat restitutionem uxoris sue, que ab ipso sua temeritate ... dicebat, quod non debuit restitui cum nondum ipsius possessionem habuit, et etiam quia uxor timebat sibi periculum propter viri seviciam ... mandat quibusdam, quod si constiterit quod predicto militi predicta mulier fuit ... desponsata et ab eo cognita ... ipsam sibi

faciant restitui, recepta cautione sufficienti ab ipso viro quod ei non debeat malum inferre. Si non ita crudelis et severus fuit quod multo de ipso diffidat, quamvis alicui honeste persone usque ad fine cause custodienda in loco ubi vir vel parentes eius, vel ... possit mulieri violentiam inferre et hoc verum ... non est odium capitale et sic ... continuat quod sequitur ... Jo. An. usque ad causam decisionem custodienda vel ponatur in loco religioso et secundo ... de sponsalium ... accedens, et quod ... cause ... Jo. An. super consanguinitate forsan ex parte mulieris obiecta vel alio impedimento ... in hoc casu non obstante ... spoliacionis ... hoc ... et de ... Hen. ...

Noto hic primo ... que ... de spoliacione ... et quod spoliato, uxor sit restituenda, de hoc ... late ...

Secundo noto ex ..., quod ... spoliato denegatur restitutio ... quando ... odio capitali Et in hoc noto quod non sufficit, quod ... odium sed requiritur capitale, et sic ... viri odium et capitale, alias ... et quod sit odium restitui, et quod sit odium capitale notatur ... de accusa. ... oporteat in glo. ... Et breviter capitale odium dicitur quod timet de vita hominis vel mutilacione

Item noto hic quod propter

carnalem coniugés dedu
cutur in quasi possessionem et
ergo dicit nouit si legitime de
sponsata fuit et ab eo
cognita de hoc in glo. ij
vn an carnis copulam
vir non potest se dicere spolia
tum uxore. Nam et tunc
alter coniugum altero invito
potest ad religionem transire. extra
de sponsa. quemadmodum. ¶ Sed
quia in littera dicitur quod petens
restitucionem uxoris debet pro
bare duo scilicet legitimam de
sponsacionem et cognicionem
carnalem. Contra hoc
inito posset opponi, et pri
mo contra primum, quia titulus
Contra secundum est, quia copula
carnalis videtur improbabi
lis, cum etiam cameram non so
leant alii admitti
¶ Ista argumenta inquirunt
intellectum littere. Circa primum
ergo advertendum est, quod regulari
ter qui petit restitui hoc
solum debet probare scilicet se pos
sedisse et spoliatum esse. extra
de ordine cognitionum. ij. et iij. et ita non
habet necesse dote de titulo
propter argumentum primum inquirit
quare hic imponitur onus
probandi coniugium legitimum ipso
petenti restitucionem uxoris
dicunt ergo quidam quod hoc procedit
ex eo quia hic agebatur
petitorio ut notatur extra de cau. pos
sessionis et proprietatis ubi de hoc per Innocentium et
Hostiensem volunt ergo isti quod hic
vir petebat sibi adiudi
cari uxorem. Alii dicunt
quod hic actum est possessorio
et hoc magis aminiculo littere. Et
dicunt quod agenti possessorio pro
recuperanda uxore non sufficit
restitucio, nisi probet legitimam
desponsacionem et copulam, et
est hoc speciale secundum ipsos propter
periculum corrupcionis despon
sarum locum que racio cessaret
cessat in iam corrupta
dictum tamen ipsorum est verum
quod petenti restitucionem uxo
ris incumbit probacio legitime
desponsacionis et ita tituli,
et speciale est, hoc ista resti
tucione. Sed que est racio huius
specialitatis, dico quod ista, quia
cum non possit probari pos
sessio sine titulo coniugii
inito petens restitui non
potest obtinere nisi probet coniugi
um, quod eciam hic sentit
glo. ij. Sic ergo hic habetur
casus in quo requiritur ut
agens possessorio doceat
de titulo, quia non potest habere
possessionem sine titulo ut dictum
est et hoc de primo. Ad
secundum dico quod dum vir et
uxor simul commorantur
et vir dicat se cognovisse
uxorem, et mulier negat
standum est verbo viri, dummodo
id firmavit iuramento, ita
disponit extra de despon. impu
ber. tenebatur. Et hoc verum
nisi mulier se probaret vir
ginem per aspectum corporis
extra de probacionibus proposuisti et c.
causam matrimonii, et per hoc patet
ad secundum. ¶ Glosa prima declarat
litteram in eo quod dicit de legitima
desponsacione, ostendens quod
probato legitimo matrimonio non
obstet excepcio consanguinitatis
et quod obstet. Et in ca.
ibi litteras ubi de hoc. Alii
autem casus in quibus negatur

restitucio notatur in q. j. in summa et in speculo de petitorio et possessorio § si et per Innoc. i. c. ex conquestione. Glo. ij. Notat arg. i. c. possessorio, et duo esse probanda, ponit pro illum qui petit sibi restitui uxorem ponit simile et racionem subdit Et ibi uel per sponsalia ut si per sponsalia de futuro, secuta sit copula carnalis i. de sponsa veniens, et ibi ff. de iure actum et fructu de hoc dixi d. de ea possess cum ecia Et ibi et hic est fructus hic inde quia qui habet uxorem habetur ecia ab uxore, propter quod habere uxorem est alicuius suum modo habendi ut assignari. Glo. penult. ponit que sit sufficiens caucio et que minor infra. Et ita hoc casu non obstante privilegio restitucionis non fiet restitucio nisi provideatur uxori et hoc surgit propter specialitatem racionis in hoc casu et

Cum venissent

Confirmat et firmat Jo. an. Cius qui per alium possidet illo mortuo possessionem ingressus compellitur restitucionem pro interdictum unde vi petere potest. Et Ffran. sic firmat Qui possidet ecclesiam per alium, iure spectantis libere ingreditur possessionem illo mortuo eciam sine auctoritate diocesani Et si obstat a diocesano spoliatum debet restitui Et in prima ponitur

prima decisa consultacio in fine respondentis

Casus in textu Archiepiscopus Eboracensis ecclesiam de N. concessit canonicis sancte Trinitatis de Barck et presentatum capitulum huiusmodi concessionem confirmavit, ita viz quod post decessum clerici qui tunc ecclesiam eandem tenebat, in usus cederet canonicorum, et quod interim idem clericus auctoritate archiepiscopi canonicis predictis annuam solveret pensionem, quam archiepiscopo solvere consuevit. Et huiusmodi concessionem dominus papa inspecto instro concessionis archiepiscopi confirmavit, mortuo itaque predicto clerico canonici confisi de concessione et confirmatione predictis, sine auctoritate archiepiscopi possessionem illius ecclesie sunt ingressi Archiepiscopus hoc senciens, spoliavit dictos canonicos, ecclesia supradicta unde canonici predicti, domino pape de archiepiscopo sunt conquesti Et dominus papa super hoc respondit, quod si canonici predicti a predicta ecclesia veniente clerico supradicto auctoritate archiepiscopi perceperunt annuam pensionem, eo mortuo quis auctoritate eiusdem archiepiscopi non quesiuit ingressum possessionis viciose tamen non fuit sunt eandem ingressi, cum tantum sit in iure, quod ius possidet cuius nomine possidetur, et ideo archiepiscopus tenetur restituere ipsis ecclesiam et illa que inde fecit asportari. Require lra Destinata quod esse potest de sindico c. unic. de postula. c. ij. cus

i pori et conventui confirmasset
sed quod potuit idem confirma
re qui concessit, littera ista sic
exponitur, confirmasset, id est scriptu
ram inde confecisset, per quam
scriptura firmior facta fuit
concessio, et ideo dicit confir
macio, supple, ff. de eo qui mit
titur in possessionem c. finali, alias ex quo
concessit, et tradidit plenum
titulum confirmacio eius esset
superflua, et per hoc solvitur
una obiectio que supra posset
contra litteram, et interim i. quoadusque
vixit idem G. nomine ipso
rum possidendo annuam quam
prius clerico pensionem solvebat de
quo dictum est supra, et infra decidit
quod mortuo illo G. intravit
possessionem sine licencia dyoce
sani a quo fuit spoliati
ut in glo. ult., que sunt ingres
su possessionis
¶ Noto hic primo quod in eodem
beneficio cadit duplex titulus ut
sit unus racione proprietatis, al
terius racione tituli, et sic fuit
hic, quia ista ecclesia taliter
concessa conventui fuit G. clerici
racione tituli sed fuit conventus
racione proprietatis secundum Bernardum
¶ 2° Noto quod dyocesanus potest
donare ecclesiam loco religio
so de quo statim dicetur
¶ 3° Noto quod solucio pensionis
annue est indicium possessionis
adepte, de hoc lau. ff. de
re iudicata cum Bartholdus, Item no
to finem littere ibi, id possidet
cuius nomine possidetur G. ex
qua littera notat Bernardus quod pos
sessio que tenetur per substitu
tum non est alterius nature quam
si per dominum teneatur
¶ Sed contra litteram oppono vi[detur]
possessionem ecclesie vacantis et hoc volt Bernardus primo
quod quando post mortem clerici possidentis sua
auctoritate propria sine auctoritate episcopi intravit
possessionem ecclesie sibi Collegiatis sed non licite
hanc solum cum eam ex post conventum pro suo
clerico, et secundum hoc procedit in littera auctoritate
ex quo non valuit concessio
de qua hic, quia facta fuit
de ecclesia non vacante ibi dicit
G. clerici qui presbiteratum ec
clesiam tunc tenebat constat
autem quod concessio de ecclesia non
vacante non tenet, ff. de concessi
prebendis c. ij. et iij. hoc con
trarium solvit glo. prima dicendo
quod concessio ista valuit ex
eo quia facta fuit colle
gio, quod non est prohibitum
ex eo, quia quod collegio
datur nemini datur, et sic
nullus tunc desiderat morte
viventis, secus est dum ali
quid singulari persone da
tetur, et ideo prohibetur, hoc
volt glosa prima que dicit
Et in ea ibi viventis ma
xime, quia valde vicium
est, negligi, quod quinter
possidetur ut nil se libere
arbitretur, qui totum non
occupat C. qui et quibus quar
ta pars debeatur l. ij. li. x.
in fine vel dicatur et clarius
quod ecclesiam non vacantem con
cedi potest intelligi duobus
modis uno modo in titulum
et ut sic non potest concedi ecclesia
non vacans ut in contrario
alio iure proprietatis et ut
sic potest concedi ut hic et ff.
de donacionibus consultacionibus
ubi de hoc, Et in hoc dico
quod huiusmodi concessio valet in
tantum quod non requiritur ut in
titetur intitulatus sed econtra
nec requiritur ut ei depu
tetur vicarius defensor si
ecclesia talis vacat, ut in Cle
men. de rebus eccle. non
alienandis sed una ubi casus
est sic patet solucio
¶ Sed contra istam solucionem

iterū obstat, quia si ista
concessio, de qua hic fuit
none approbatis, tunc requirebatur
consensus capituli, de quo non
fuit a prelato c. j. et dicta
Clemen, qui tamen non appa
ret hic interuenisse et sic
concessio non valuit. Solucio
hic non disputat an value
rit concessio, sed presupponitur
valuisse vnde intelligendum
est, quod hic consensus interue
nit secundum Jo. an. etc.
Sed adhuc remanet dubium
quo hic valuit imposicio
noue pensionis contra illud
c. de censibus prohibemus. Ad
hoc dico quod littera ista que
dicit de pensione annatim
soluenda, potest intelligi quod
erat ibi antiqua pensio, que
soluebatur archiepiscopo, quam
ipse archiepiscopus mandauit sol
ui priori et conuentui quibus
ecclesiam donauit in signum
possessionis adepte, et sic littera
est plana, et cessat contrarium
quia non fit imposicio noue
pensionis, sed antique concessio.
Sed hostiensis dicit quod littera
ista pocius est intelligenda
quod pensio fuit de nouo insti
tuta propter ybi auctoritate alias dispen
set littera per verbum perficeret
et interim soluerent. vel antiquam
soluerent pensionem. Et tunc
ad contrarium dicatur, quod auctoritate or
dinarii ex causa racionabili
potest imponi noua pensio ec
clesie. c. j. de censibus significat
vbi de hoc solet tractari. Et
per ista dicta iam patet, quo
valuit ista concessio ecclesie
sub modo in littera expresso facta.

Et quia in alia parte capituli
dicitur, quod isti prior et con
uentus possiderunt ecclesiam ante
mortem vel clerici qui vt vt
littera nomine ipsorum eam pos
sidebat, sed etiam quod liciat
eis ingredi possessionem eius
sine licencia dyocesani.
Circa ista duo occurrunt
instancie et dubia, vnde eius
primo, quod non liciat ipsis ingre
di possessionem sine licencia dyo
cesani. c. j. de priuilegiis pasto
ralis vbi casus. Solucio ibi
loquitur de illo qui numquam
possedit sed hic ecclesia sancte
Trinitatis possedit iam
eciam per substitutum scilicet per
clericum. vel et sic mortuo vel
clerico non dicitur ecclesia sancte
Trinitatis approbare denuo in
gredi possessionem, et hanc solu
cionem dat glo. in c. pas
toralis et innocencius hic et est
vera, vnde ipse isti continuaue
runt, et non acquisiuerunt posses
sionem. Item hic interueniebat
auctoritas dyocesani in concessio
ne in c. pastoralis non, quia
fuerat concessa appa, que conces
sio debet intelligi sine preiudicio
dyocesani et sic patet solucio.
Sed contra aliquid mirabile videtur
hoc dictum, quod ecclesia sancte Tri
nitatis in ista concessione, dicatur
possedisse ante mortem clerici
vel, quia possessio acquiritur
animo et corpore, quod corpus
hic non interuenit, nisi post mor
tem vel clerici, ad hoc. ff. de acquiren
quirenda possessione l. quemadmodum
ad hoc dicit innocencius quod hic
interuenit corpus ipsius intitu
lati possidentis nomine ca
nonicorum. Sed addit tamen ipse quod
ad tollendum dubium debuissent

